ANICII MANLII SEVERINI BOETII

HILOSOPHIAE CONSOLATIONIS

LIBRI QVINQVE

ACCEDVNT EIVSDEM ATQVE INCERTORVM

OPUSCULA SACRA

RECENSVIT

RVDOLFVS PEIPER



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXI

LIBRARY
JAN 22 1973
UNIVERSITY OF TORONTO

RVDOLFO · PEIPERO

PATRI · CARISSIMO

S

I

Ad emendandos consolationis libros his auxiliis usus sum:

T Tegernseensi 765 nunc Monacensi lat. 18765 s. X. ipse contuli. Consolationi praemissa sunt opuscula sacra praeter librum contra Eutychen et Nestorium. primum autem folium et alterum rectum ludicra quaedam arithmetica continet eadem manu scripta. Carmina litteris uncialibus minio exarata sunt: ego ubi in adnotatione eius libri primarii lectiones descripsi, minoribus litteris usus sum. Totus quaternio a II 7 in. ad III 6 med. olim excidit atque suppletus est (f. 33—39) antiqua sed parum exercitata manu saeculo ni fallor undecimo ex uetusto libro eodem ut uidetur unde cetera descripta erant. cuius exemplaris litteras diligentissime imitari studet librarius idem fortasse qui ultimo in folio hanc adicit querellam:

Scribere me cogis dum scribere nescio frater.

huius partis carmina atramento perarata sunt. aliquotiens argumenta maioribus litteris scripta in textum ille recepit qualia haec: REGNO VEL POTENTATV BEATOS NON FIERI ad III 5, uel GLORIA BEATOS FIERI NON POSSE super III 6. item notas B et PH pro Boetio et Philosophia, pro quibus in aliis libris magis uolgata illa Δ et Ɔ·C i. *Διδάσκαλος* et *Μαθητής* apparent*), item artis rhetoricae terminos graecis plerumque litteris expressos, ut f. 33ª ΠΑΡΑΔΙΓΜΑ CYNKPICIC ΦICMA ΥΠΟΛΕΙCΜΑ f. 33ᵇ ΕΙΡΩΝΕΙΑ ΑΙΤΙΟΛΟΓΙΑ 34ª ΠΑΡΕΝ-

*) Sic Isidori codex palatinus 1448 s. VIIII/X (Reiffersch. bibl. pp. ll. italica p. 285), cod. Rehdig. S I 4, 6 s. XII qui Boeti geometriam continet.

ΘЄCIC 35^a CaCЄMPHΛTON 35^b ΔΗΓ,[Η]ϻΛΔΙΚΗC 37 ΚУΠΤΟC ϻЄΘΟΔΟC et ΜЄΘΟΔΟC·ΡΟϻΑΛΛ,ΟΝ 39^a ЄΡωΝЄΙΑ*). Frequenter in libris sacris I—III usque ad f. 11^a inter lineas atque utroque in margine longiora interpretamenta adiecta; prorsus eis caret epistula de fide christiana, breuiora passim in consolatione leguntur, ut f. 15^b Π. et. Θ ΘЄωΡΗΤΙΚΗ ЄΤ ΠΡΑΚΤΙΚΗ *speculatiua et actiua.* maximopere doleo quod eorum non plura descripsi. theotiscas glossas quae paucae sunt, D(ocenus) exscripsisse se in fronte libri dicit.

In orthographia constituenda hunc maxime librum secutus sum, ut uetustissimum atque minus ceteris cum librariorum incuria tum interpolatornm leuitate corruptum. Recepi igitur quae cum boetiano aeuo conuenire uidebantur; quae ex posterioribus saeculis inrepserunt tantum non omnia in notis exhibui. at praetermisi leuiora uelut ae et ę conmutata (non raro e pro ae alia m. in ę correxit), ī cō similia, qua in re cum dubium esset lineola ista utrum **n** an **m** significaretur, in con nonuisi eis locis in textu reposui ubi id omnibus litteris in optimis libris extaret, atque hoc ita se habere testimoniis codicum in notis adscriptis docui, eandemque rationem in aliis minutulis rebus orthographicis secutus sum, ut non discrepantiam sed consensum potius librorum infra indicarem.

Correctorum manus quam saepe hic quoque liber passus sit, ex notis patebit. Discernere autem, quid sit librarii, quid primi correctoris uel posteriorum, ego non semper potui nec satis mirari possum doctorum quorundam hominum acre ingenium acriores oculos, quibus ex leuissimis litterarum atramentique discriminibus satis fidenter dignouisse sibi persuaserunt uarias uariarum aetatum manus. Igitur plerumque satis habui, quid scripserit librarius hoc signo T^1, quid ex correctura profectum sit T^2 indicare; aliquotiens antiquam esse manum aut recentem

*) quae unde deprompta sint nescio; non enim omnia leguntur in editis libris uelut κυπτός. ῥωμαλαῖος uocabulum occurrit apud Walzium I 602 s. III 599.

(s. XV ni fallor) additis *ant.* et *rec.* significaui. atque idem in ceteris libris secutus sum.

Alterum exemplar Tegernseense a Froumundo scriptum circa a. 1000, est inter libros bibliothecae Wallersteinensis Mayingae — hanc eius subscriptionem Schmellerus ad Ruodliebi carmen p. 226 n. dicit esse:

Hunc ego Froumundus librum ecce Colonie scripsi
Atque huc deuexi sancte Quirine tibi.

de Froumundo autem et Peringero abbate Tegernseensi uid. Pez Anecd. I Is. p. XV Cod. dipl. ps. I p. 166 s. — Ego neque hoc uidi nec quod est tertium aetate Monacensium n. 19452 s. XI.

D Bonnensis liber n. 175(36) et bonitate et uetustate plerisque eorum quos infra posui antecellit, nam non est s. XII, ut catalogi auctor p. 42 dicit, sed X uel etiam VIIII s. In eo quoque carmina uncialibus scripta sunt, sed atramento; XXIII uel XXIIII nonnumquam uersus in unaquaque pagina habet. Valde autem dolendum est mutilum esse: nam incipit a libri II c. 5, 63, exciderunt in medio libro quattuor folia singula quae continebant II 7, 15 ad 57, II c. 7 u. 20 ad ć. 8 u. 12, III c. 3 u. 3 ad 4, 32, III 10, 37 ad 76, duo folia continua V 3, 105 ad 4, 52, denique quae sequuntur post V 5, 24 ad finem. — Ipse contuli.

E Ratisbonensis Sti Emmerami 324 olim, nunc Monacensis lat. 14324 f. 36—70 s. X—XI. eum ipse contuli. Desinit ille libro V 5, 24, praeterea interierunt quae leguntur IIII 6, 58 ad 7, 8. membranae hirtae saepe librarium inpediuerunt: ceterum et ipse satis neglegens erat qui multas omiserit litteras alio atramento postea suppletas. uitiosam praeterea sequitur orthographiam; interpretamenta quaedam et latina et theotisca (haec pauca) ex alio exemplari tanta incuria descripta sunt, ut monstra prodierint haec: *illuter cer epotit* pro *illucescere poterit*, *anibrasre* pro *ambigere* (quod in margine est correctum), *spallat* et *lamantantes* pro *psallat* et *lamentantes*.

Si minutissimis quoque non raro fides habenda, cum hoc libro cognationem habet Vaticanus antiq. n. 3363

s. VIIII—X, ex quo quaedam protulit Reifferscheidius bibl. pp. ll. italica p. 463 s.: nam uterque l. III 12, 57 *praecium* uel *prǫecium* habent pro *praecipuum*, atque in subscriptione l. IIII *patricii* (*patrĩ* E) ubi ceteri plerique, inter quos optimi, contra rationem quidem sed archetypum secuti tertium casum *patricio* posuerunt, atque sic alter Vaticanus antiq. n. 3865 s. X—XI qui desinit l. V medio (Reiffersch. p. 464 s.).

K Bernensis n. 179 s. VIIII teste Hageno, VIIII—X C. Halmio, X Sinnero. contulit eum H. Hageno intercedente E. Kurzius cum ed. Bernarti Antwerp. a. 1607. Adiecta sunt scholia frequentia s. X. f. 1[a] uitas continet easdem quas et liber eiusdem bibliothecae n. 421 eodem saeculo quo scholia scriptas quas olim Sinnerus p. 288 non satis accurate descripsit. Inscriptio et subscriptio plenior extat et emendatior quam in aliis libris. quod interpolatoris est signum, quem et textus satis prodit. alteram quia in fronte primi libri neglegentius exhibui, hoc loco repeto:

ANICII MANLII SEVERINI·BOETII·
VC̃ ET INL̃ EX CONS̃ ORD̃ EX MAG̃
OFF̃ ATQUE PATRICII

huic titulo subiecta est quinta uita (uid. infra p. XXXIII), folio deinde 1[b] sequitur:

INCIP̃ LIB̃·PRIM' DE CONSOLATIONE
PHILOSOPHIAE

ultimum folium continet *Prisciani grammatici particiones uersuum duodecim aeneidos principalium* (Grammatici latini ed. Keil. III 457).

β Melioribus libris adnumeranda sunt excerptorum duo fragmenta Bernensia de quibus Sinnerus egit I p. 138, contulit H. Hagenus cum exemplari Callyano.
β^1 = **A 92** s. VIIII—X continet IIII 2 u. 11 ad finem, 3 u. 1—33 I 3 et 4 II 1. 2. 3 IIII 6 II 4. 5. 6. 7. 8. III 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9 u. 1—10; sequitur metrici tractatus altera pars.

β^2 = **n. 455** s. VIIII fol. D^2—D^7 haec habet: I 2. 5. 7. II 5 III 2. 4. 5. 6. 8. 10. III 2. 7.
igitur cum in utroque legantur II 5 III 2. 4. 5. 6. 8. IIII 2, in his alterum β^1, alterum β^2, consentientes nuda β littera indicaui.

Saepius carmina Boeti seorsum descripta sunt siue omnia siue pleraque. sic in florilegio Cantabrigensi bibl. publ. n. 1552 s. XI a f. 442[b] de quo uid. Pertzii archiuum VII 1003, Ph. Jaffeus in M. Hauptii Z. f. d. A. 1869 p. 453. continet autem I 1—7 II 1 aliaque quorum agmen claudit III 12. Duo carmina Boeti musicis notis comitata ex libro quodam s. X Coussemakerus in historia harmoniae medii aeui p. 100 sqq. typis descripsit.

G Bernensis n. 421 s. XI in. t. Halmio et Hageno, s. X t. Sinnero. cum glossis praecipue ad l. I s. XI medio scriptis. Cum exemplari Callyanó conlatum habeo. maxime est interpolatus.
f. 1[a] ad 3[b] med. tractatus de metris quem Lupi esse suspicor. 3[b] med. incipit uita I a Sinnero p. 287 non tota descripta, secuntur f. 4[a] uitae V et IIII et III, deinde 5[b] alia ad uitam auctoris pertinentia s. XIII adiecta, quae Sinnerus p 288 maxima ex parte dedit, cum epitaphiis Boeti atque Helpes. sequitur 5[b] ad 6[b]. schema quoddam philosophicum. 7[a] incipit Consolatio.

Non habui conlationem libri Bernensis n. 181 s. X uel X/XI (t. Halmo): glossae in eo non tam frequentes ss. XI et XV adiectae. desinit V 6, 154 in his verbis: *futura nostra praestare.* quae desunt s. XIIII suppleta sunt. f. 1[a] uiridibus litteris purpureae membranae inscriptum est hoc carmen:

FORTUITO CASU PULSUS DE SEDE PRIORI
MANLIUS HIC RECIPIT SOLANTIS UERBA SOPHIAE.

Statim inscriptione omissa sequitur I c. 1: *Carmina qui quondam* etc.
ex ceteris eiusdem bibliothecae libris nominandi sunt 413 s. XII et 435 s. XII uel s. XI t. Halmio, quorum alteri glossae s. XII/XIII adspersae sunt.

M Einsidlensis n. 302 (p. 65 sqq.) s. X (s. XI Halmius et G. Morellius adscribunt). contulit H. Hagenus cum ed. Bernarti. idem uitam I atque merticum tractatum ex eo descripsit.

Ceteros Einsidlenses libros recensuit P. Gallus Morellius in relationibus academiae Vindobonensis cl. phil. et hist. t. LV (1867) p. 243 sqq.; sunt autem n. 382 s. X n. 149 179 et 322 omnes s. XI.

N Notkeri Sangallensis exemplar ex codice Sancti Galli n. 825 s. XI scripto typis descripsit Hattemerus in libri cui titulus est Denkmale des Mittelalters... 1842—47 III⁰ tomo (ub de hoc codice actum est p. 9 et 376. pleniorem eius notitiam Hardeggeri professoris Sangallensis comitati debeo), postquam E. C. Graffius, neglecto cum uersionem theotiscam describeret textu latino, quamuis ex hoc illa penderet tota, Boeti uerba in edito exemplari (Berol. 1837) ex inpressis libris suppleuit. quare merito ab illo reprehensus est (Denkmale III p. 10 et in Henrici Hoffmanni Fallerslebensis uita III p. 341), quamquam ipse non raro errauit. Nam et parum recte dictum est quod legitur p. 10 (*bekanntlich haben sich die Benedictiner diese Schrift des B. auf eigene Weise zugeschnitten*), cum praeter Notkerum quemquam tale quid conmisisse prorsus sit inaudium neque quidquam monachus Sancti Galli omiserit uel addiderit uel inmutauerit sed tantum, quo melius discpuli Boeti uerba intellegerent, enunciatorum partes ex grammaticae legibus ordinauerit; et saepissime quae per conpendia erant scripta, falso interpretatus est Hattemerus: sic *quod* et *quid*, *per* et *pro* et *prae* constanter permutauit, *sedem* legitur pro eo quod est *sed est* (III 10, 48), *conuinxerit* pro *coniunxerit* (ib. 50) *sunt beatudo* pro *scilicet beatitudo* (ib. 97) *Tam* pro *Iam* (III 11, 65) *contrarie* pro *contraire* (III 12, 53) *umquam* pro *inquam* (IIII 4, 48) *Ad uero* pro *Id uero* (ib. 75) *nunc* pro *ne* (IIII 7, 1) *quamquam* pro *quaquam* (V 4, 4) *eas referre* pro *ea s. referre* (V 6, 123): sexcenta alia quae uereor, ne non librarius conmiserit uel typographus, quamquam

ubi unum alterumue uerbum expressum a Notkero in latino exemplari desideratur, hoc librarii incuriae tribui poterit.

Duo praeterea eadem bibliotheca possidet uetustiores libros n. 844 s. VIIII C. Halmio teste (Die älteren hdss. der lat. Kirchenväter in der Schweiz. in Relationibus acad. Vindob. L (1865) p. 130 sqq.) et 845 s. X. in altero (eundem esse dicunt, quem in libris ab Hartmuto abbate anno 872 conparatis recensuit Ratpertus ap. Pertz. MM. II 72 uid. Weidmanni Gesch. d. Stifts-Bibl. von St. Gallen p. 398) p. 1—3 Hardeggerus praefixum scribit locum „*de translatione imperii Romani*, qui incipit: *Oportet nos memores esse quae de Romano imperio* etc. quare inde fluxisse Notkerianum textum suspicor, ubi eadem praemissa sunt (Hattemer. p. 11 s.); sequitur breuis metrorum expositio p. 6; plenum titulum et hic codex post IIII[tum] librum habet cum solemni isto errore *patricio*. Alter in quarto libro deficit; adnexam habet expositionem consolationis, in qua uoces teutonicae cum in contextu tum inter lineas arcana quae uolgaris erat eis temporibus scriptura exaratae sunt. descripsit eas Hattemerus p. 602 s. 653—658. uid. etiam Graffii *Sprachschatz* p. XXXV et *Diutiscam* II p. 302. Prologus incipit: *Iste Boetius consul fuit Romanorum Theodorico duce* et q. s.

B Bambergensis I, signatus F. 7 = M IV 2, f. 1—52[b] s. XI. ipse contuli. scripturae specimen exhibuit Jaeckius Schrifttafeln III 4 n. 8.

duobus ille columnis exaratus est neglegentissime. f. 1[a] uitae III et I et excerpta quintae extant. I c. 1 sic est scriptus, ut uersibus inparibus numeris signatis subiciantur qui pares numeros habent, unde patet hexametrum cum pentametro unum effecisse uersum in eo libro ex quo hic descriptus est. idem error obuius est in altero primi libri carmine, sic tamen ut uersus 1—21 sequantur 2—22, hos autem excipiant uu. 23 24 25 26 27 iusto ordine: igitur ima in pagina obpositi erant uu. 21 et 22, uu. 23 et 24 sequentis paginae in capite legebantur. ui-

denturque in unaquaque archetypi oblongi uidelicet pagina XI tantum fuisse uersus.

A f. 41^b (V 2, 20) alia manus textum continuauit, quae ad Gothanum librum proxime accedit. metrorum descriptionem graecaque uerba haec omisit. In calce librarius adscripsit carmen quoddam de quo infra dicetur (*Ut gaudere solet — lassus et ipse quidem*).

C Bambergensis II, signatus F 21 = M V 12 f. 1—90, s. XI. ipse contuli. diligentissime scriptus est, quod scripturae specimen apud Jaeckium IV 5 n. 1 ostendet. alia sed coaeua manus IIII c. 2 u. 2—20 exarauit. In f. 90^b uix quidquam legi potest.

Pñ et B in contextu rubricator posuit in priore parte; idem argumenta quaedam breuia in margine addidit metrorumque nomina ex Lupi tractatu repetita.

Descriptus est hic liber aut ex ipso Bernensi 179 (K), antequam ille correctus est, aut eius simillimo codice.

A Gothanus n. 103 et 104 f. 42^b—125 non s. X (ut Obbario uidebatur) sed XI ex. uel XII in. olim Halesbrunnensis, postea monasterii Trium Fontium (ultimo fol. uerso m. s. XII: *Liber scę marię de monasterio halesbrunnensi**), f. 1^a marg.: *Lib' moỹ III font3*^{9} s. XV additum. in Cypriani Gothanorum, Hockeri et Kerleri Heilsbronnensium codicum catalogis non inuenitur). scripturae specimen dedit Jacobsius Beiträge tab. I, cf. I 212 II 94. Post Obbarium, cuius praecipuum erat praesidium (hic quoque A littera insigniuit) ipse denuo contuli nec pauca repperi quae ille uel neglexit (e. g. statim in principio I c. 1 u. 6 *assequerentur*) uel conpendiorum non satis peritus errauit:**) uelut si huius libri orthographiam sese in editione sua retinuisse dicit, falsissimum hoc est.

*) de alio libro olim Halesbrunnensi nunc Leidensi qui Prisciani prosodiam continet uid. Keilius Gramm. latt. III 401.

**) *Ne iusto iniquius in Obbarium inuehi uidear, ex uita quam ille p. XXIV sqq. descripsit, aliquot eius errores hic congerere liceat:* 4 neci A *et* L 7 urbē = urbem L 9 magestatis A 19 eorum A *non* orum 29 Vñ& (*non* Vnet) 31 Fe-

f. 4^{b} — 42^{a} quinque opuscula christiana continentur, quibus praecedit f. 1^{a} — 4^{a} metricus tractatus. Consolationi in margine adscripta sunt longiora aliquot scholia antiqua non prima manu, in quibus citatur *Varro* (idem eiusdem locus ex Augustino in Emmeramensi (E) uitae Boeti subiunctus est) *Ouidius Gregorius Nazazenus* (sic) *Porphyrius*. glossas non raro librarius superscripsit. Quamquam summa diligentia hic liber scriptus est, tamen semel totus uersus ex scholio quodam in contextum inrepsit III 10, 66 (bona *aliud est et hoc bonum et illud bonum unde non hoc bonum et illud* non esse alterum) at hoc librarii est crimen idque leuissimum: grauius peccauit, qui huius recensionis auctor est, quamquam pro illo tempore laudabile eius studium habendum erit. nam non solum quae priores librarii errauerant, iste correxit, sed etiam quae Boetio propria sunt, mutandi studio abreptus tam frequenter inflexit, ut paene nouus sermo boetianus appareat et in consolatione et in sacris scriptis. Quare nullius hic liber pretii in emendandis uerbis auctoris, at maximi si quis boetianorum studiorum qualia et quanta olim fuerint luculentum testimonium desiderat. Attamen saepissime in notis A litteram inuenies: significatur autem, lectionem quae obbarianum exemplum occupat, hoc uno libro niti. Nunc quidem paenitet operae hac in re frustra inpensae. Peculiare huius libri additamentum quinque illae uitae sunt seorsim positae in aliis libris, hic quasi consarcinatae. haec quoque res probat praeter contextum huius recensionis auctorem munere, siue ipse sibi inposuerat siue alii, functum esse summa industria atque strenuitate.

cit et comm.] et *om.* A 38 pitagora et ptolomeo 42 *non* ciuitatem *sed* rē publicam A 45 habens cū peritissimus sap. ac cons. A 55 fecit illum librum A 56 mentionem facit *solito more adbreuiatum* 60 in *utroque loco deest* 61 ĩutroq; (tr *deletis quidem, sed facili coniectura supplendis*) A 69 anicí A 71 teoderico A 74 auspicato A 77 praetenderentur A 78 gente A 80 est *om.* A 81 mallio A 81 est eo quod A 88 uel quod (q) A 89 dign. habens uel A — *praeter haec alia plurima in his paucis pagellis ille errauit.*

R Rehdigerianus I sign. S I 4, 3 s. XII in., non s. XV ut est in catalogo, foliorum 54, quorum in primo uitae I et II extant. in ultimo uerso recentior manus duo epigrammata adiecit, quae in aliis quoque nec tantum boetianis libris inueniuntur: alterum tribus hexametris constans (*Ut laetus ponti* etc.) alterum duorum distichorum (*Ut gaudere solet* etc.): publicaui ea nuper cum aliis eiusdem argumenti uersiculis in Leutschii indice philologico II fasc. 7 p. 370 sqq. Quae ibi dixi, eis haec nunc addere possum. Alterum enim in cod. Berolinensi lat. theol. F. 178 n. 7 qui continet Petri Rigae Aŭroram sic scriptum repperi:

Ut gaudere solet fessus iam nauta labore
Desiderata diu litora tuta uidens,
Haud aliter scriptor huius iam fine libelli
Exultat [uiso] lassus et ipse quidem.

Similis subscriptio est editionis uetustae (fol. s. a. et l.):

Hic mea de prora in littus iactetur apertum
Anchora: parua cadant ducentia uela faselum

Ex Isidori etymologiarum libro Caesenatensi s. VII scripto Fabricius bibl. lat. med. aeui IIII 190 M. subscriptos hos uersus laudat:**)

Ut [est] labor agricolis proscindere uomere terras,
Est mihi arundineus calamus sulcare nouales.
Ille etiam tostas congaudet cernere messes:
Sic et ego finem lecto concludere uersu[m].

Quibus cum manifeste librarius operam dederit, ut decantatam illam cum nauta conparationem uariaret, quam uetusta illa sit, satis proditur.

H Rehdigerianus II sign. S I 4, 4 s. XI/XII (non s. XV) olim monasterii Sancti Michaelis in Hildesheim*) foliorum 77. f. 74[a] et [b] duo illa epigrammata inscripta sunt, quibus tractatus de metris boetianis subiunctus est f. 74[b] 77[b]. hunc et priorem ipse contuli.

*) cuius bibliothecae dudum dispersae libri passim occurrunt, ut Prisciani codex Guelpherbytanus quem Keilius Gramm. III 401 descripsit; alium bibl. capituli Treuerici habet n. 6 s. XII in 8°. **) *uomere proscindere* ap. Fabricium.

L Treuericus saeculo X inferior, quantum et conparatio cum melioribus libris et orthographia docet. de hoc libro P. Langenus professor Monasteriensis egit in Quaestionibus boetianis quae sunt inter Symbolas philologorum Bonnensium in honorem Fr. Ritschelii collectas p. 263—268. quam ille conlationem instituit, liberalissime mecum communicauit.

Extant et singulae perditorum codicum qui superabant s. XII membranae. unam ipse habeo, duo possidet bibl. Berolinensis (lat. 4⁰ 273 = acc. 3709) quarum altera continet III 8 v. 18 ad 9, 23, altera III 12, 11 sqq., mea II 7, 2—14, 22—34. ex eis nil memorabile proferre possum praeter III 9, 12 *sufficerit* 4 *regni* pr. m. 8 *sed* pr. om. 11 *seperat* 12 *perfectumque* (*in* pr. om.) 22 *esse* om. pr. III 12, 12 *Nec nunc* 13 *ne unquam* 14 *Mundū* pr. 15 *contrarisque causis.* II 7, 11 *id est* om.: quae partim deteroris familiae propria partim neglegentia nata sunt*).

Erlangensis s. XI cum ed. Sitzmanni contulit A. Pfeifferus in libro: Beiträge zur Kenntniss alter Bücher und Handschriften, Ho1783 I p. 139 sqq. II 149 sqq.

V[1] Vindobonensis 271 (Endlicheri 373) s. X. pauca inde descripsit Schenkelius in: Verhandlungen der 18. Philolog.-Vers. zu Wien 1859 p. 89 n. 60 p. 90 n. 68. unde uitam II inesse atque graeca uerba corrupta legi patet. f. 78—80 tractatus de metris a Boetio adhibitis.

V[2] de altero Vindobonensi 242 (Endl. 374) s. XII uid. Schenkelius p. 90 n. 68 insunt uitae I et II, praeterea Gerberti carmen.

Quamquam hi libri ad textus emendationem sufficere uidebantur, tamen ad eius historiam per sequiora saecula explorandam opus erat recentiorum quoque exemplarium cognitio. enumerabo quae mihi praesto erant omissis tamen

*) Ex amissis libris unum nomino, quem Sigfridus ab a. 1009 ad 1020 abbas Bergensis dioec. Magdeb. postea episcopus Monasteriensis cum bibliotheca sua monasterio suo donauit (Boetium de sancta Trinitate et alium de solatione) uid. Pertzii arch. IX 439.

recentissimis quarum nostra bibliotheca satis largam copiam suppeditabat.

Wratislauiensis bibliothecae regiae membranaceus I F 135 olim liber sancte M. V. et ordinis Cisterciensis in Heinrichow, scriptus a. 1372 per fratrem Nicolaum cognomine Cufus huius coenobii abbatem. Praeter Alani opera continet ab 48[b] Boetii uitam auctore Guillelmo de Conchis (uid. Jourdain p. 8), sequitur 49[a]—75[a] ipsa Consolatio, inde ad 81[b] liber de disciplina scholarium, 82[a]—139[a] lectura siue commentum super librum Boetii de cons. phil., quod non Guillelmi, sed Thomae uidetur quale est in ed. Argentoratensi a. 1491.

Martisburgensis bibl. capituli membr. foll. 82 formae octonariae, scriptus ab Henrico Hopphen, qui etiam Helmstadiensem 332 uergilianorum carminum codicem, qui nunc est Guelpherbytanus, a. 1474 exarauit. descripsit R. Volkmannus Commentariolo critico in Boethii de Cons. phil. libros ed. Iaurauiae 1866, qui ab ipso factam conlationem beneuole mihi concessit utendam. Barthii codex, quem ille describit Aduers. LVI 11 ab eo diuersus est.

Gissensis n. LXXXV[a] f. 1—230 s. XV eius libri conlationem cum ed. Londinensi 1823 institutam F. G. Otto exhibuit cum graecorum locorum imagine in Commentariis criticis in codices bibl. acad. Gissensis graecos et latinos (Gissae 1842 fol.) p. 260—267; scholiastae cuiusdam exempla ibidem congessit 267—269. cf. p. 10—15 — Dedit praeterea locos quosdam primi libri conparatos cum duobus aliis codicibus eiusdem bibliothecae LXXXIV[a] et LII[b] utroque chartaceo s. XV quorum priorem iam Sitzmannus in ed. Hanou. 1607 passim laudauerat.

Librorum neque ab prioribus neque a me ipso hactenus conlatorum sat magnus numerus extat. Praeter eos quos supra in transcursu recensui Vaticanos Bauaricos Vindobonensem Helueticos hi propter aetatem digni

uidentur qui accuratius inuestigentur, quamquam dubito utrum magna ex illis possint sperari:

in ipsa Germania:

Amplonianus n. 27 membr. s. XI uel XII — fortasse idem quo Sitzmannus praeter Rittershusianum usus est.

Pommersfeldensis n. 2786 s. XI (uid. Serapeum VI 37)

Metensis s. X (Haenel p. 225)

apud Italos: Romanus bibl. angelicae quidam. laudat Blumius Itineris ital. III 124.

Florentinus XVIII plut. LXXVIII membr. foll. 90 titulos librorum et carmina aliquando maiusculis exhibet characteribus. in fine utrumque epigramma eodem ordine quo Rehdig. I. Ex alio Florentino charactere longobardo s. XII scripto Bandinius (III 166 XIX) uitam Boeti descripsit.

apud Francogallos: Parisini 6639 et 7181 et 8039 s. X, 6400 et 6401 A et 7183 s. XI, praeter hos fragmentum s. X n. 10400. Quattuor eorum Vallinus usus est.

Valentianensis n. 288 (= F. 3. 5) s. XI ex. (Mangeart p. 300s.) uel s. X (teste Bethmanno Pertzi Archiu. XI 523). Domini Lupi tractatum de metris habet atque grandem conmentarium uitamque Boeti quae unum folium conplectitur.

Carnotensis n. 91 s. XI uid. Bibl. de l'école des chartes III 5 p. 268. duo folia notitiam de Boetio continent.

Laudunensis n. 439 s. X (uid. catalogi p. 232) incipit: *infra infima quaeque.*

Alenconiensis s. VIIII t. Haenelio, Ravaisson Bibl. de l'Ouest 1839 p. 246 (inde Pertz. Archiu. XI 531) aetatem non indicauit.

Turonensis s. XI (Haenel. p. 482)

apud Hispanos: Escorialensis II E 1 (Haenel. 939).

Quoscumque Consolationis libros aut ipse inuestigaui aut a prioribus editoribus excussos adhibui, ex uno fonte deriuatos illos certissimum est: omnibus enim si non nimis

multa, aliquot tamen uitia conmunia sunt, uelut I 1 v. 7 *olim* I 3 v. 3 *sidera* I 4 v. 2 *egit* v. 6 *exagitantis* v. 11 *saeuos* II 1 v. 8 *suis* III 3 v. 39 *uulnere.*

Idem consensus plerorumque librorum docet qui est in inscriptionibus; nam qui non sunt interpolati, plenum auctoris titulum non in fronte uel in calce operis, sed post quartum librum exhibent eumque uitiose scriptum. Verum ab illo primario fonte sermo boetianus paulatim per medii aeui saecula mirum quantum detortus est non tam librariorum socordia quam doctorum uirorum opera qui egregio huius operis amore ducti, quod coram discipulos legebant, illorum sphalmata corrigere, obscuriora inlustrare, uerborum ordinem leuare, stilum auctoris emendare studebant, id quod incohatum uides in Bernensi (K), absolutum, ut ita dicam, in Gothano (A). Eligendi igitur erant qui ab utroque corruptionis genere non quidem liberi at saltem minus infecti ceteris erant. Quos praetulerim, et ex ordine quo recensui codices, et ex uerbis quibus hunc uel illum prosecutus sum apparet; de aliis nec boni nec mali quidquam dicendum erat, quippe qui nec uirtutibus nec uitiis adeo ceteros superarent: quamquam magni quisque pretii esset, si destituti essemus melioribus. Quattuor igitur elegi, quorum lectiones diligenter perpensas ubique adnotarem: TDKE, ceteros raro aduocaui aut difficilioribus locis aut ubi meliores deficiebant. Ex his unum T ceteros longe superare neminem, qui adcuratius perscrutatus erit, fugiet. ex satis uetusto exemplari descriptus solertissime utrumque uitium egregie deuitauit. Diuersorum ab eo atque cognatione quadam inter se coniunctorum DKE primum obtinet locum D, multo deterior est K, malis utrumque superat E: nec tamen his duobus carendum erat, ubi scribendi errores in T, lacunae in D erant. Haec interim de crisi in Consolatione adhibita dicta sufficiant.

II

His porro praesidiis emendatio quinque opusculorum christianorum nititur.

T Tegernseensis: hic quoque primo loco est nominandus. continet praeter Consolationem opp. I—IIII.

E Einsidlensis n. 235 s. X uel Morellio auctore s. XI (uid. acad. Vindob. relationes LV 249). libellus de fide christiana secundum tenet locum; epistulae ad Ioannem diaconum de trinitate conmentarius adiectus est. Hagenus meus contulit cum ed. Vallini a. 1656. — Veteris conmentarii Einsidlensis specimen infra exhibebo.

C Bernensis 618 s. XI ordine recepto quinque opera continet. sequitur liber *Sc̄ı Cypriani martiris de XII abusiuis* atque alia. Librum contra Eutychen et Nestorium cum ed. Vallini conlatum habui H. Duebii studio.

B Bernensis 510, cuius pars posterior 517[d] est, s. VIIII—X scriptus. Sinnerus priorem partem tantum uidit (p. 291), reliqua repperit Hagenus. opp. I II et III cum ed. basiliensi a. 1570, IIII et V cum ualliniana adcurate contulit H. Duebius.

A Gothanus quinque opusculorum et Consolationis.
Rehdigerianus S IV 3 a. 48 f. 30[b] ad 38[a] s. XII — XIII praeter alia patrum latinorum opera etiam quinque boetiana continet. ex eo tamen nil praeter uitam s. XIII in marg. f. 32[b] adscriptam notaui.

R Adieci tamen codicum Parisinorum illo tempore regiorum lectiones quotquot olim exscripsit Vallinus. sunt autem R′ Regius uetustissimus, R² Regius alter, quorum consensum R indicat, *Vict.* Victorinus liber a Vallino inspectus recentior sed bonae notae, ut ille autumat.

Non exhibui in adnotatione lectiones libri quō Hincmarus Remensis usus est: eas ne spissior aequo fieret illa, hunc in locum distuli. In libro [illegible] quem ille de non trina deitate conposuit, hos locos exscripsit ex Boeti libro de trinitate:

I p. 460s.	VI	7. 8.
	V	46—50[a])
	III	3. 4
	VI	7. 8 iterum
p. 462	III	3. 4 iterum
	III	14. 15

b*

p. 463 III 18. 19.
III 14. 15 iterum
p. 474 s. III 18—29[b])
p. 479 III 27—43 (libri inscriptione non addita)[c])
p. 519 VI 7. 8. tertio

Ex libro ad Iohannem Romanum diaconum postea autem episcopum:
I p. 460: 11—15, 21—30, 34—47, 53—54, 58—64[d])
p. 519: 42—47 (iterum), 53—54 (iterum), 58—64 (iterum)[e])

Ex libro contra Eutychen et Nestorium
I p. 521: personae etymologia uel definitio laudatur non additis uerbis.

denique ex libro de consolatione philosophiae citantur
I p. 211: III 8 v. 1. 2 (Eheu q u a m m. t. d e u i o s a. i.)
II p. 60: III 5 v. 5—10 (a textu meo non differunt)

haec autem sunt, quibus a meo contextu Hincmarus recedit (adposui interrogandi notam ubi nullus ex meis libris adstipulatur):

a) V 48 a deo (*sic* E′A)

b) 20 Velut si (B) 22 haec unitatum (enim *om.*, *sic* E) repetitio iteratio (*sic* R) p. est quam (?) num. 27 patre filio (?) 28 trina numeratio (?)

c) 31 uero ita indifferentia (?) 36 uelut ensis mucro atque gladius unus gladius (?) 37 in eam (?) 40 p. ac f. (A)

d) 24 filius spiritus (A) neque enim eum (EA) iungitur (VE?) 40 *uerba* sicut in d. sicut in ueritate *desunt* (?) 41 sp. quoque sanctus (EA) 42 p. et f. (?) 54 subst. simpl. (Eψ)

e) 42 Intelligamus (? *p.* 460 *nulla erat differentia.*) | p. et f. *idem supra p.* 460 | 54 *ut supra ex p.* 460. Vides ad meliorem familiam plerumque accedere Hincmari librum, aliquot lectiones proprias habere quae nescio an ei debeantur qui Hincmari opera exarauit.

Omnium optimus est T cui ubicumque fieri poterat obsecutus sum; in libro contra Eut. et Nest. E sequendus erat, ubi eius lectio accedente uno ex aliis tribus satis confirmata uidebatur. qua in re consensum cum C maximi feci (EC = α), alterius familiae proprias lectiones (BA = ψ) aspernatus sum. utriusque familiae consensum ω litera significaui.

P Raro basiliense Henrici Petri exemplar a. 1570 curatum olim ab H. Glareano laudaui, quod ex deterioris generis codice correctum uidetur. contra ubi

V Vallini exemplar a libris siue meis siue uallinianis recedebat, illius lectionem subscripsi exceptis locis, ubi in sola uerborum conlocatione differentia posita erat.

Consulendi postero editori praeter alios restant

Vaticanus Urbinas 532 s. X foll. 35 (*Anicii. Manlii. Seuerini. Boethii ṽ. c̃. et in̄l. ex consul̄. ord. patricii. incip̄ liber contra eutychen et nestorium. f.* 33[b] *Explicit lib̄ boethii. ṽ. c̄. contra eutychen et nestorium.*) uid. Reifferscheidi Bibl. pp. II. p. 592.

Bernensis 265 foll. 68. s. XI. praetermisit eum Sinnerus.

Sancti Galli n. 768 s. XII (p. 1 Inuestigatam etc. p. 59 Liber quomodo trinitas etc. p. 84 aduersus Nestorium).

Hoc loco paucis monendum est de harum scriptionum auctore uel potius auctoribus. Et *Boetio* quidem uetusti mei libri adscribunt disertis uerbis I et II quorum alterum scripserit *Symmacho socero* (TEBA) alterum Iohanni diacono (TEAR[2]; inscriptioni spatium relictum in B), Boeti nomen reticetur ante tertium librum, ubi omnes *eiusdem* atque *ad eundem* sc. Iohannem (hoc in E omissum est.)

In fronte quinti operis — quod cum quarto abest ab optimo — libri sic uariant, ut Boeti nomen ab origine libri titulo adiectum fuisse uix tibi persuadeas: *eiusdem* subicitur in E, *Boetii* praefigitur C, auctoris nullum uestigium praefert A, titulo libri omisso *domino sancto ac uenerabili patri Iohanni diacono* inscribitur in B atque hoc:

Iohanni diacono C quoque adiungit. Pleniorem titulum codex Vaticanus solus exhibet quem supra descripsi. cui quare maiorem fidem quam meis habeam, non est causae. Quartus denique liber omni inscriptione caret in TB, *istam epistulam in aliis libris non inueniri* testatur A; hunc quoque librum Boetio, qui omnibus nominibus solitisque honoribus effertur, E attribuit: unde et de quarti libri auctore satis locupletem testem probare uetamur. Hunc autem librum ne auctores quidem Thoma Aquinate maiores nostro adscripserunt, quin beati Augustini esse nulla aetatis ratione habita qui decreti Gratiani titulum P. I D. XI c. 8 scripsit, perhibet.

Hanc autem librorum traditionem ueram esse et contra eos qui omnium auctorem Boetium credant, ut Baurum atque Suttnerum, et qui nullius, uelut Nitzschium et Jordanum, contumaciter contenderim, quorum hic (de l'origine des traditions sur le christianisme de Boèce, Paris 1861 p. 26) a Boetho Africae episcopo qui exul obiit in Sardinia coniectura satis speciosa conposita illa suspicatus est, Nitzschius unum ex Sanctis illis Seuerinis quos catholica fides agnoscit auctorem esse. Equidem quin natus fuerit Boetius christianus eamque fidem professus sit nullus dubito: quam rem quare tam multi homines in dubitationem uocauerint, causa patet: nam fide christiana abiudicata a philosopho de auctore operum christiani argumenti nulla opera decisa erat quaestio. Igitur aliam uiam ingressus Schenkelius, ut denuo hanc quaestionem tractans prorsus nulla ratione habita harum conmentationum christianum fuisse illum ex rerum publicarum quae tunc erat condicione aliisque de causis redderet probabile, non Fr. Haasio solum qui paucis quidem at grauissimis uerbis Schenkelii orationem prosecutus est (Verhandlungen p. 93), sed et aliis qui aderant paene persuasisse est credendus. Quodsi de ipsis operibus sacris agitur, qui accuratius ea praeter Baurum perscrutatus est Nitzschius, ad discernendam hanc quaestionem utrum sint Boeti necne, grauissimas inde res protulit; at quae protulit, eis in contrariam partem usus est. Nihil mihi cum eo controuersiae est de fidei chri-

stianae expositione, quam potuisse scribi saeculo quinto ille adfirmat (p. 159—170), neque de libro contra Eutychen et Nestorium, quem contra Vallinum Baurum Suttnerum non pendere ex illa orientalium episcoporum epistula ad Symmachum papam a. 512 data (Mansi VIII 221—226), sed paulo post chalcedonense concilium a. 451*) scriptum esse euicisse mihi quidem uidetur; ego uero de prioribus tribus libris ab illius arbitrio longissume recedo. Sane quae ille exposuit de primo tractatu p. 109 110 111 113 116 119, de altero p. 126, quae nolo transcribere, uel maxime probant a Boetio, qualem ex Consolatione et ceteris philosophis scriptis experti sumus, minime potuisse scribi, nam quaecumque ibi congessit Nitzschius ex scribendi ratione atque eruditione et ingenio, immo ex moribus auctoris petita, indicia sunt hominis non solum parum exercitati, uerum adolescentis (talem produnt etiam quae p. 80 auctori obiecit), sed non mediocri ingenio praediti adolescentis atque ex quo maiora et meliora sperari poterant. talem autem qualem auctor in his operibus se prodit, Boetium fuisse olim, cum studiorum primitias emitteret, cui uideatur alienum a uero? et quis miretur adolescentem, qui sumpsisset dignitates senibus negatas, Symmacho atque Iohanne suasoribus ni fallor (hunc autem eundem esse qui postea papa fuit, non inanem rumorem crediderim) ad theologicas res tractandas sese applicasse, quarum cognitio senatori poterat maxime prodesse, abreptum autem breui philosophis studiis haec quibus parum se uidisset aptum prorsus abiecisse? De tertio autem opusculo quod est de bono (quomodo substantiae etc.) ne Nitzschius quidem (p. 24 n. 1) neque Jordanus (p. 11) quidquam habere se fatentur, quare non possit a Boetio scriptum esse.

*) Leonis epistulam ad Flauianum Rota significari suspicatur libro contra Eut. praef. 6. quod negat Nitzschius dissimile uero esse. Atque uerba quae leguntur ibid. 11: *cuius dicti nouitate percussus* non diu post illud concilium scriptum esse librum satis declarant.

III

LUPI DE METRIS BOETI LIBELLUS

Codex Valentianensis n. 288 (F 3. 5) post libros de consolatione habet *Genera metrorum in libro Boetii que Dominus Lupus* etc. atque in Laurentiano (III 166 XIX) s. XII Bandinius ait subici *genera metrorum a Domino Lupo in lucem perducta.* Idem tractatus in meorum librorum plerisque est: MGARIIβ[1], sed in his auctoris nomen non inueni neque extare illud uidetur in V′ Basil. 844 Valentianensi altero n. 393 (N 5. 1). Ex eo depromptae sunt carminum metricae inscriptiones quae sunt in BCAβ[2] aliisque, quaeque Papias s. u. *Carminum uarietas apud boetium* congessit.

Non dubium quin auctor fuerit Seruatus Lupus abbas Ferrariensis inde ab a. 842 † 861 de cuius celebribus studiis ex epistulis editis a Baluzio satis constat. Boetiumque lectitasse illum ep. XCIII ostendit, ubi ex Consol. III 5, 39 proferuntur haec: *quae pestis ad nocendum efficacior esse potest, quam familiaris inimicus?* Topicorum mentionem inicit ep. XVI, de arithmetica librorum emendatorum ab Adalgado ep. VIII. Boeti libris in capitula distinctis usum esse eum patet ex ep. V (p. 21. 27. 34 ed. Baluz. a. 1710).

Quo ex fonte metricam doctrinam ille hauserit, lectorem non celat, nam *centimetri* auctoritate tuetur quod tradit de metro XVIII Seruiumque prodit *pindarici* nomen, quod metro V (dim. anap.) inposuit: hoc enim non nisi ex centimetro IIII 5 notum est.

Aliorum metrica studia in Boetium conlata ante s. XVI non nota sunt praeter unius Nicolai Perotti († 1480) libellum *de generibus metrorum quibus Horatius Flaccus et Seuerinus Boetius usi sunt ad Helium Perottum fratrem* quem et alii libri et Vindobonensis n. 372 s. XV exhibet atque Horatii exemplaribus Aldinis adiunctus est.

„Quinque libros philosophicae consolationis insignis auctor Boetius XXVII uarietatibus carminum respersit, ut opus his gratius fieret qui musicae suauitatis dulcedinem contigissent. De quibus quoniam etiam inter doctos queri solet, non mediocri comperta mihi diligentia studiosis quibusque paucis aperui. *Primum* itaque genus carminis *elegiacum* est quod constat primo uersu heroico, secundo prima pentemimere heroica, secunda dactilica. pentemimeris autem est post duos pedes sillaba de verbo remanens. Vsus est autem hoc duobus tantum locis quorum initia haec sunt: Carmina qui quondam etc. etc. Flebilis heu mestos etc. etc. Rupis achemaeniae scopulis etc. etc. Pectoribus figit spicula pugna fugax.

Secundum dactilicum tetrametrum quod constat spondeo dactilo catalecto item dactilo spondeo ususque est hac metri compositione bis ita: Heu quam praecipiti mersa profundo. Si quis arcturi sidera nescit.

Tertium quod constat primo *heroico* secundo *alcmanio* dactilico tetrametro acatalecto id est quattuor pedibus dactilicis nulla remanente sillaba. acatalectus enim uersus est qui legitimo fine clauditur. Metra autem dactilica principaliter dactili constant, recipiunt tamen spondeum et non numquam in fine trocheum. usus est autem tali uarietate semel ita: Tunc me discussae liquerunt nocte tenebrae Luminibusque prior rediit uigor.

Quartum ponit *falleutium* constans spondeo dactilo tribus trocheis. quo duobus usus est locis quorum inicia haec sunt: Quisquis composito serenus aeuo. Huc omnes pariter uenite capti.

Quintum anapesticum pindaricum constans dimetro acatalecto. metra uero anapestica principaliter constant anapesto, recipiunt tamen frequenter spondeum, raro proceleumaticum apud comicos autem etiam dactilum saepiusque ul-

2 uiginti et octo *Bern* 421 XXVIII *A* XXIV *Laur.* 3 gratius legentibus foret qui *Bern* 421 4 queri *idem* 7 secundo pentimemeris prima *idem* 15 idem *M* 24 discussae *M* 25 redigit *M* 26 constans *om.* *M* 30 de metro *M*

tima cum superest syllaba in duas soluitur breues. utitur autem hoc bis ita: O stelliferi conditor orbis. Quantas rerum flectit habenas. Quamuis frequentissime in eis dactilus inuenitur.

Sextum gliconium quod constat spondeo choriambo pyrrichio quinquiesque id ponit his uersibus: Cum phebi radiis graue. Quod mundus stabili fide. Felix qui potuit boni. Vela niretii ducis. Quondam porticus attulit.

Septimum dactilicum dimetrum catalecticum cui est nomen *adonio*. catalecticus autem uersus dicitur cui una syllaba deest. ponit autem id semel tantum hoc modo: Nubibus atris.

Octauum genus iambicum est hyponactium constans trimetro acatalecto claudo. iambica uero metra imparibus quidem locis possunt recipere iambum [tribrachum spondeum dactilum anapestum. In paribus iambum tantum] uel tribrachin et frequenter apud comicos anapestum ita tamen ut multarum breuium iunctura uitetur. huiusmodi autem metrum bis posuit hoc modo: Haec cum superba uerterit uices dextra. Quisquis profunda mente uestigat uerum.

Nonum est asclepiadeum quod fit spondeo duobus coriambis pyrrichio siue iambo cui et *ferecratium* subiecit constans spondeo dactilo spondeo. usus autem tali uarietate est semel tantum ita: Si quantas rapidis flatibus incitus. Pontus uersat harenas.

Decimum est saphicum quod constat trocheo spondeo dactilo duobus trocheis. miscuit autem huic secundum semper uersum *gliconium* de quo superius dictum. quod eum semel tantum fecisse inuenies sic: Cum polo phoebus roseis quadrigis. Lucem spargere ceperit.

Vndecimum genus *iambicum anacreontium* est quod constat dimetro catalectico cuius secundum uersum supposuit *ferecratium* quod paulo ante memoraui talemque uariationem facit tantum modo semel ita. Quisquis uolet perennem Cautus ponere sedem.

34 dua *M* 36 flectat *M* dactilis *M* 41 niretiis *M* 48 *s. haec om. M* 50 frequentes *M* 57 quantis *M*

Duodecimum anapesticum *parhemiacum* est quod constat dimetro catalectico. usus autem hoc genere est bis tantum ita: Felix nimium prior aetas. Qui se uolet esse potentem.

Tertium decimum saphicum continuatum quod bis solum posuit genus ita: Noulmus quantas dederit ruinas. Bella bis quinis operatus annis. quamuis id dimetro *adonio* terminauit ita: Sidera donat.

Quartum decimum iambicum archilochium quod constat trimetro acatalecto habetque subiectum iambicum archilochium constans dimetro acatalecto qua uarietate semel utitur tantum ita. Quicumque solam mente praecipiti petit. Summamque credit gloriam.

Quintum decimum faliscum constans tribus dactilis et pyrrichio quod in uno tantum fecit loco cuius est initium hoc: Qui serere ingenuum uolet agrum.

Sextum decimum iambicum archilochium quod constat, ut supra memoraui, trimetro acatalecto cui mixtum est *elegiacum* ita ut supra exposui constans. fecit autem talem uarietatem semel tantum hoc modo: Quamuis fluente diues auri gurgite. Non expleturas cogat auarus opes.

Septimum decimum et *falleucium* posuit subiecitque illi *dactilicum archilochium* tetrametrum catalecticum eamque uarietatem semel executus est ita: Quamuis se tyrio superbus ostro Comeret et niueis lapillis. In quo tamen pro spondeo siue dactilo imparibus locis trocheum reperies.

Duodeuicesimum dactilicum alcmanium constans trimetro ypercatalecto. ypercatalectus uero est uersus cui una syllaba superest habetque subiectum sibi *ferecratium* quod, ut supra memoraui, spondeo constat et dactilo et spondeo. Sed in hoc loco pro primo spondeo est ubi anapestum contra regulam in *centimetro* traditam inuenimus. posuit uero

70 est *om. M* 75 Sella *M* operatur *M* 79 trimetro *M* 80 sola *M* peto β 82 iambicum faliscum *M* 83 fecit tantum loco ita Qui serere β 84 ingenuum *etiam* β 85 archiloicum β

hoc genus semel tantum: Omne hominum genus in terris Simili gurgit ab ortu.

Vndeuicesimum iambicum *anacreontium* constans dimetro catalectico eodem semper repetito ususque eo est uno tantum loco ita: Habet hoc uoluptas omnis.

Vicesimum asclepiadeum cuius supra regulam posui habetque subiunctum sibi *iambicum archilochium* dimetrum acatalectum. quam uarietatem semel tantum in hoc opere inuenire licet ita: Eheu quae miseros tramite deuios Abducit ignorantia.

Primum et uicesimum est *heroicum exametrum* qui locis omnibus aliis dactilum siue spondeum, quinto solum modo dactilum recipit, sexto spondeum siue trocheum. Vsus autem eo est semel tantum ita: O qui perpetua mundum ratione gubernas.

Secundum et uicesimum dactilicum alcmanium constans tetrametro acatalecto subpositumque sibi habet *iambicum archilochium* de quo paulo ante dixi. talem uero uarietatem uno tantum executus est loco cuius initium est: Sunt etenim penne uolucres mihi Quae celsa conscendant poli.

Tertium et uicesimum trochaicum alcmanium constans dimetro acatalecto. Sane metra trochaica locis imparibus trocheum tribrachin et nonnumquam dactilum paribus uero cum supradictos, tum etiam spondeum et anapestum recipiunt. huic autem generi subdidit Boetius de quo supra dictum est *ferecratium* quod pro spondeo interdum recipiunt anapestum. hac quoque uarietate usus est semel tantum ita: Quos uides sedere [celsos] Solii culmine reges.

Quartum et uicesimum falleutium habens subiectum *elegiacum* quod semel in hoc opere inuenies ita: Quid tantos iuuat excitare motus Et propria fatum sollicitare manu.

114 ſpondeōm *M* 117 alcmaniām *M* 118 acatalecte (o sup.) *M* 124 metro *M* 130 celsos *om. MA* 134 solcitare *M* 135 manum *M*

Quintum et uicesimum genus est *mixtum uariis pedibus* quod incertum quo potissimum debeat censeri uocabulo. Aut enim dactilicum *adonium* erit quod pro dactilo siue pro spondeo anapestum recipiat aut dactilicum *archilochium* tetrametrum quod idem pro spondeo siue dactilo anapestum indifferenter admittat. Nam anapesticum sentire ratio dissuadet quando spondeo uel dactilo quam anapesto compositum sit. usus autem est hoc genere Boetius duobus tantum locis quorum primordia subnotaui: Si uis celsi iura tonantis. Quaenam discors federa rerum.

Sextum et uicesimum dactilicum archilochium quod constat tetrametro catalectico quod semel posuit solum hoc modo: Puro clarum lumine phoebum.

Septimum et uicesimum archilochium constans tetrametro bucolico et tribus trocheis. tetrametrum uero bucolicum est, cum quartus pes dactilus est qui partem finiat orationis quod apud Boetium genus ultimum inuenitur eiusque initium est: Quam uariis [terras] animalia permeant figuris."

IIII

VITAE BOETI

Eis prorsus caret Tegernseensis; uitas quas infra descripsi totas eodem ordine atque una manu scriptas solus Gothanus habet parum recte descriptas ab Obbario p. XXIV —XXVII. partes I V IIII (III?) Bernenses GK inter se discrepantes, quas Sinnerus nec totas nec sine mendis edidit p. 287. EM nil praeter primam, RV² atque ut uidetur etiam V¹ primam et alteram, B et Laurentius alter primam et tertiam. Et in hoc prologus inscriptus est sic: *Quintus Fabius fecit hunc prologum. V̄R Boethius iste uel quidam Scotigena.* — Quis iste Fabius? an amicus Boeti quocum conloquitur in prooemio dialogi porphyriani a

141 indiferenter *M* 144 subnataui *M* 148 phębum *M* 149 archiloichum *M* 153 terras *om. M*

Victorino translati? similiter codex Guelpherbytanus n. 131 astronomiam Boeti continere dicitur: at est sine dubio Hygini liber [M.] Fabio inscriptus, cuius aliud exemplar est in bibl. regia Wratislauiensi IV 8⁰ 11. — sed in Laurentiano alia quoque uidentur inesse, qualia in quinta uita leguntur: nam hunc esse in eo uitae finem perhibet Bandinius: *qui iam a consulatu exierint seu discesserint peracto uicis suae anno.* et sequuntur *genera metrorum*, atque post illa tertia uita, cui inscriptum est *Ioannis Scoti uerba*: cuius nominis quamquam plures fuerunt, solus Erigena, quem et Scotigenam dixerunt, intellegendus uidetur (Fabric. IIII p. 136—142 Mansi). Sed transeo ad ceteros codices: alterius partis quaedam protulit Vallinus ex Victorino libro ad Cons. I 4, 60 (p. 20 ed. Vall.) eaque pars etiam in S. Gallensi 845 s. X legitur. tertiae Jordanus (Ch. Jourdain Des Commentaires inédits de Guillaume de Conches et de Nicolas Treveth sur la Cons. de la phil. de Boèce. Paris 1861 4⁰ p. 16 s.) ex Parisino antiq. 6640 Victorinis 200 et 751*) quartam idem ex Victorino 751 descripsit (p. 9 not. 1): quos libros J littera indicaui. Praeter has uitas quarum nulla superior esse potest carolina aetate, conmemoranda sunt quae Notkerus uersioni suae praefatus est *de translatione imperii romani* (ea ex libris S. Galli 825 et 844 edidit Hattemerus) et quae rex Alfredus praemisit ad ipsum Boetium non pertinentia.

I ,Tempore theodorici regis insignis auctor boetius claruit qui uirtute sua consul in urbe fuit. Cum uero theodoricus rex uoluit tyrannidem exercere in urbe ac bonos quosque ex senatu neci dare, boetius uero eius dolos effugere gestiens, quippe qui bonis omnibus

*) idem ex alio Parisino (Sorbonnensi n. 355) haec communicat quae ad Cons. I 4, 126 pertinent: *Cum accusaretur quasi nichromantiae operator et quasi idolorum cultor multisque aliis criminibus infalsaretur, apud Ticinum exilio relegatus est.* eadem sunt in Victorini 200.

I *libri*: *EBGRA V^2 Laur.* 1 *et* 2 theoterici *E* theotrici *B* teotrici *Laur.* theodorici *M* teodorici *G* theodrici *R* dicoderici *Bern.* 179 deoderici *A* 1 Boethius *Laur.* 4 ex ſen. *om. B* in ſ. *Laur.* uero *om. Laur. B* 5 effugere *om. R*

necem parabat, uidelicet clam litteris ad grecos missis nitebatur urbem et senatum ex eius impiis manibus eruere et eorum subdere defensioni. Sed postquam a rege reus maiestatis conuictus iussus est retrudi in carcerem. In quo repositus hos libros per satiram edidit imitatus uidelicet marcianum felicem capellam qui prius libros de nuptiis philologiae et mercurii eadem specie poematis conscripserat, sed iste longe nobiliore materia et facundia [ei] praecellit quippe qui nec tullio in prosa nec uirgilio in metro inferior floruit.

II

Iste boetius consul fuit romanorum theodorico duce. eo tempore inuaserunt gothi romam et abstulerunt libertatem eorum. Postea dum iste noluit fauere eis, missus est exilio. dum erat in ergastulo adhibuit sibi consolationem uidelicet philosophiam, ne nimio dolore aut tristicia uel ira quandoque laberetur in desperationem, quia pernitiosum erat apud ueteres, si quis [de sapientibus] facile irasceretur. Duo tamen filii eius in consulatu permanserunt sub regia pote-

6 nec comparauit *B* | litteriſ clam *R* literiſ *G* 7 ſenectum *B* | ex ipſius imp. *B* 8 defenſione *M*[1] fenſioni *B* magestatiſ *MRA* 9 conu. eſt *Laur.* esse[t] conu. *M* | detrudi *A* | poſitus *A* 10 ſatyram *ER* ferculum uel diſcuſ *ss.* *G*[2] martianum *MB* 11 primuſ *A* 12 ſpecię *A* 13 longe] multum *al. ss.* *E* | nobiliori *Vict.* | ei *MG* eum *Vict.* *a celeris abest* praecellauit *B* | quippe *om.* *R* 14 improſa *ER* impar ſit *Laur.* | neque *MR* 15 fuit *M* floruit uel fuit *G* | EXPLI/C̃ *M in E prima m. haec addidit*: Si perituſ fuero adorum me faciam omnibuſ. Si imperituſ ſeoruſ efficiar. timenſ me tradere conuentibuſ peritorum. adoruſ dicitur qui ad omnium ora ſe oſtendit; Seoruſ qui ab hominum conſortio ſe ſeparat. unde ſeorſum. ſingillatim a ſingillo ſingillaſ. ut cic̃ non mediocriſ ingenii eſt ſingillare a bono .i. ſeperare. *subicitur locus quidam Varronis ex Augustino sublatus.*

II *libri*: *AB* *V*[1] *V*[2] *S.Gall.* 845 *Victorinus Vallini* 1 Ratio eius exilii eiusque libri *V*[2] | fuit conſul *R* | ſub th. *V*[2] | theodorico *S.Gall.* theoderico *V*[2] theodrico *R* deoderico *A* 2 hauserunt *R* | omnem lib. *R* 3 uoluit *V*[1] | eiſ *om.* *R* 4 dum esset *R* 5 phyloſophyam *AR* | irę *R* 6 aliquando *V*[1] *V*[2] | perniciosum *R* 7 de ſap. *R* ex ſap. *V*[1] ſapientium *V*[2] *om.* *A* 8 conſolatu *R* | ſub r. p. *om.* *R* 9 perfectus imp̄torio *R*

state, boetius uero in pretorio amicis eius circumstantibus gladiis interemptus est.

III Boetius iste de familia fuit manlii torquati nobilissimi uiri. qui etiam peritissimus fuit utriusque linguae graecae et latinae. Vnde et fultus auctoritate graecae scientiae multos libros de graeco in latinum transtulit. Fecit [et] commentum super ysagogas .i. introductiones aristotelis. edidit et aliud super porphyrii periermenias .i. interpretationes quod diuisit in duo uolumina. Quorum alterum analitica .i. resolutoria appellauit ubi omnes syllogismi rethoricae artis resoluuntur. Composuit musicam quam transtulit de pithagora et ptolomeo graecis nec non etiam arithmeticam cuius partes sumpsit de nicomacho. Fecit et alios [libros] perplures. Nouissime autem iam senex edidit hunc libellum in exilio positus hac de causa. Theodericus rex gothorum cum per tirannidem rem publicam inuasisset et omnes consules nobilesque romanorum alios occidisset alios in exilium misisset, hic iam consul factus et filios iam consules factos habens cum peritissimus sapientia ac consilio R. P. ad libertatem reuocare uolebat. Qua de re insimulatus apud theodericum regem in exilio est relegatus ubi hunc

10 eſt *om. R* EXPLICIT *R* — *paulo aliter Vindobonenses*: Duobus tamen filiis eius in consulatu permanentibus ſub regia poteſtate ad exilium miſſus in Bobium ciuitatem non longe a Rauenna *etc.* (*subiungitur carmen illud a Gerberto conpositum*) *V*[2] poteſtate. Ad exilium autem in Bobium miſſus eſt ciuitatem non longe a Rauenna. *V*[1]

III *libri*: *AB praeterea G Laur. J*(*ordani codices*) 1 Boethius *Laur.* (?) mallii *AB* malli *Laur.* manlii *GJ* torqua/// *B inuerso ordine* t. m. *AJ* 2 fuit] *pro eo littera* R *in Laur. est* | uiri qui a torque aureo torquatus uocabatur *G* 3 et *om. BJ* 4 et *J om. AB* 5 ariſtotiliſ (*ss.* l'porphirii) *A* Introductio ñpor phyrii *B* introductiones porphyrii *J* 6 porphirii (*ss.* l'ariſtotiliſ) *A* ariſtotelis *BJ* 6 perierminias *A* 7 quod d. in d. uolumina *om. B* 7 alterum uoτιū analetica (= uocauit) *B* 8 reſolutar // *A* | appellauit *om. B* | artis rhetorice *J* 9 transtulit *om. A* 10 pitag. *A* | tolemeo *J* | anthematicam *B* 11 libros *J om. AB* 12 librum *J* 13 haec *A* | Teod. *A* 16 facoſ *B* 17 R. P *A* r. p. *B* 18 cauſa *A* re *B* 19 eſt rel. *A* religatur *B*

librum edidit. In quo conqueritur de instabilitate et mutabilitate fortunae.

Quaeritur a nonnullis quo tempore fuerit iste boetius. IIII
Dicunt enim quidam quod fuerit tempore marciani imperatoris colligentes hoc ex quatuor synodis quarum una nicena fuit altera constantinopolitana tertia ariminensis quarta calcedonensis. Dicunt autem quod fecit illum librum de sta trinitate contra nestorium et euticen ubi mentionem facit calcedonensis synodi. Potest uero fieri ut adhuc inuenis sub marciano fuerit et iam senex sub theodorico ŗege hunc librum composuerit. Imitatus est autem marcianum partim prosa partim metro eum componens: adeoque in utroque ualuit ut nec tullio in prosa nec homero in metro inferior uideatur.

Hic liber componitur quinque partibus .i. de genere. V
specie. differentia de proprio et accidenti. Anic. M. Multi dicunt ista praenomina esse multi cognomina sed uerior ratio demonstrat quod precipuorum aniciorum sibi boetius preposuerit nomina. uelut aurelius. augustinus. fuerunt etenim anicius et manlius et seuerinus consules romanorum. Tempore quidem consulatus boetii capta roma a duce theoderico et ipso boetio nihil ei fauente ablata est lex romanorum eiusque libertas. Boetius uero retrusus est in exilium, ubi

20 de inſt. ... fortunae *om. A* immutabilitate *B corr. Laur.*

IIII *libri*: *AGJ* (*K*) | 1 Queritur *GJ om. A* | iſte boetius *om. A* 2 enim *om. J* 3—4 collig....calced. *om. J* 3 IIII^or *G* | nicea *A* 4 calc. concilii *G* 6 mnestorium *A* 7 concilii *J* 8 teodorico *G* teoderico *A*? | rege // hunc *A* rege compoſuerit librum phyloſophicę conſolationiſ in quo imitatur martianum felicem capellam *G* (*quae in textu ſunt, A habet*) 10—12 *om. G.* 12 uideretur *K*

V *libri*: *AGK* | u. 1 et 2 *om. K.* 1 Hic *G* Iſte *A* | de *om. A* 2 de *om. A* | p//////////ccidente *A corr. in G* (*ex Porphyrii Iſagoges c. 4 corr. Obbarius*) *vv. 2—10* (anic... Aliter) *om. G* Multi itaque praenomina multi cognomina dicunt iſta ſed uerior *K* 3 ratio eſt quod *K* 4 amicorum *A K* atauorum *ci. Obb.*, *correxi* 5 aug̅ *K* | etenim iſti uidelicet anicius *K* 6 manlius *K* mallius *A* 7 teoderico *A*

suam et romanorum defendit libertatem. Aliter. Nobiles romani auspicato nomina et prenomina suis filiis imponebant ut in ipsis nominibus origo eorum agnosceretur et quales futuri essent in ipsis nominibus praetenderetur. Boetius ergo nominatus est anicius eo quod fuerit de gente aniciorum. anicii autem dicti sunt fabii quasi inuicti. anicos namque graece dicitur inuictus. dictus est autem manlius a manlio torquato qui torquatus dictus est eo quod singulari certamine quendam gallum uicerit et torquem aureum ei abstulerit et sibi imposuerit. Seuerinus a seueritate iudiciaria. Boetius dicitur a graeco BωIΘHC .i. adiutor. eo quod fuerit adiutor multorum maxime symachi qui fuit gener eius. Ordinarius dicebatur quia in dignitate consulari erat ordinatus uel quia alios ordinabat uel super ordinem dignitatem habens etiam qua gradatim ad summum gradum perueniebat.

13 p̄tenderentur *A* 14 nominatur *G* | annius *G* (annicius *idem teſte Sinnero*) | genere *G* 15 Anniciorum *G* | Annicii *G* | annicos *G* 16 eſt *om. A* | etiam *A* autem *G* | malliuſ *A* 17 mallio *A* 18 callum *A* | auream *A* | *cf Cicero de fin. II* 22, 73 *epigramma ap. Meyerum n.* 714 20 dicitur *om. A* | boiteſ *G* 21 multorum fuerit adiutor *A* | qui *G* qia *A* 22 gener *G* ſocer *A* | qui *A* 23 quod *A* | hoſ *G* | ordines *A* 24 uel etiam quia gradatim *A* 25 perue ////// *A* | *haec ſic habentur in B*: Boetiuſ adiutor. Manilius proſper. Seuerinus conſequenſ. Anicius ab anno eo quod optarent eiuſ eum anno ſce̅ fieri. Maniliuſ eo quod erat de familia manili torquati . Ex concluſibuſ . qui electuſ fuerit de ex conſolatu. Anicii trecenti fabii uocati ſunt. A crebriſ uictoriiſ . Ni/che dicitur uictoria . Anichuſ dicitur inuictuſ Seuerinuſ eo quod perſeuerauerit in ſtudio artium. Boetos gı l. adiutor. Ordinariuſ qui per gradum aſcendit. Patritiuſ quia more patrum faciebat //////// quia quinquieſ conſul fui //////// len dario quo natuſ fuerit . Aureliuſ Ab auro et ſplendore dictuſ; mem nimiuſ . A familia meſter quae dicta eſt familia mem niorum. Simmachuſ compugnanſ. Sin. con., Machia . pugna . | *Similia de nominibus Boeti atque Symmachi extant in cod. Bambergenſi I* (*B*) *poſt caput primum, ſed prorſus lacera illa*; *atque inter gloſſas magiſtri Guillehelmi quas continet liber Lipſienſis optimus* (*unde quaedam deſcripſit Obbarius praef. p. XXVII uid. p. L*) *et in commento quod uolgo*

Anno dominice incarnationis quadringentesimo quinto VI
odaacer quidam rex barbarus inuasit ytaliam. contra quem seno imperator constantinopolitanus misit theodoricum regem gotorum commendans ei precipue senatum romanum et populum. at ille contra occiso odaacro et inuasa ytalia omnem pene nobilitatem romanam disperdidit. Denique simachum socerum Boecii ferro interfecit. ad quem idem boetius tum alios tum librum de trinitate transcripsit. Nec minus fame necauit iohannem papam. ad quem idem boetius adhuc dyaconum librum contra nestorium et quedam alia edidit. postremo et ipsum boetium insimulatum apud se quod literas imperatori de libertate romana misisset apud papiam carcere clausit. Deinde post scriptos ibidem de consolatione libros eductum quasi ut se de obiectis purgaret circumsedentibus amicis interfecit. Sequenti anno theodoricus rauenne subita defecit morte. Boetius autem honorifice tumulatus est papie in cripta ecclesie. et uocatur sanctus seuerinus. a prouintialibus. quod ei prenomen fuit.

V

ELOGIA BOETI

Hic iacet interpres et alumpnus philosophie I
emeritus famam super astra Boetius ille
quo Latium gaudet, dolet olim Grecia uicta.
Nil agis immitis uiolenta cede tyranne.
corpus terra tegit, nomen per secula uiuit.

dicitur Thomae editionis Hagenau. M.CCCC.LXXXXI (*ibidem p. XXVII*).

VI *In libro Rehdigeriano S IV* 3 *a.* 48 *f.* 32[b] *margini addita m. s. XIII.*

EL. I Boetius honorifice est tumulatus Papie in Cripta ecclesiae et uocatur Sanctus Seuerinus a prouincialibus quod ei praenomen fuit. Epitaphium eius hoc est: Hic iacet *etc. haec in G s. XIII adscripta.*

1 Hic iacet *uel* Hoc iacet .. tumulo *solemne epitaphiorum exordium uid. Meyeri Anth. indicem p.* 185*s.* 3 Grecia] gra *G* 4 uiolentia *G*

II Helpis dicta ſui ſiculae regionis alumna
quam procul a patria coniugis egit amor,
quo sine maesta dies, nox anxia, flebilis hora;
nec solum una caro, spiritus unus erat.
Lux mea non clausa est tali remanente marito
maiorique animae parte superstes ero.
Porticibus sacris iam non peregrina quiesco
Judicis aeterni testificata thronum.

II **G** Bernenſis: Epitaphium uxoris eius que ibidem iacet: Helpe etc.

V Jacobus de Voragine *in Legenda aurea (ed. Graessi p.* 832 *cap. CLXXXI) citat u.* 1. 2. 7. 8. *et sic alii quos recenset Burmannus.*

Gr. Gruterus *Inscr. II MCLXVI*, 6 „*ex libro membranaceo bibl. palatinae qui uidebatur descriptus centum aliquot retro annos e templis fere urbis Romae [Mediolani Ticini] maxime uero e Basilica DD. Petri ac Pauli.*" In portic. S. Petri *inscribitur, sc. non romanae sed papiensis ecclesiae* ·*S. Petri quae dicitur in caelo aureo.**) *qua in re multi post Gruterum errarunt, ut auctores descriptionis urbis Romae II* 1, 69, *A. de Reumont Gesch. d. St. Rom II* 1178.

Gyr. Gyraldus *de poetarum historia dial. V (ed. Basil.* 1545 *p.* 651) *principium tantum (u.* 1—3) *adfert.*

T Tiraboschus *III* 56 *ex Mongitore (bibliotheca sicula I* 173) *paulo inmutatum descripsit. plerumque consentit cum eis*

F Ferretus. *neque horum libri nec* Bonifacii (*B*) Torremuzzae *et* Parutae (*qui ex codice Messanensi descripsisse dicitur*) *praesto erant.*

P *liber* Perotti *manu exaratus, quo Burmannus utebatur, hunc titulum habebat:* EPITAPHIUM UXORIS BOETII SĪMACHI. V. C. F. *Extat in cod. Laurentiano III* 347 *LXXXVII f. 1*ª (uxoris boetii uersus pataphii), *conmemoratur cod. Trecensis n.* 1381 *s. XIII.*

ceterum uid. Burmannus II 138 *Meyer* 824.

1 Helpis *PF Gyr.* Elpis *T* Elpes *V* Helpes *Gr.* Helfes *Laur.* Helpe *G* | dicta] tc̄a *G* | ſicule *G* Siciliae *V* | alumpna *G* 2 quam *Gr. V* Me *G* 3—12 *om. G* 4 Nec ſolum caro ſed ſp. *Gr.* nec ſolumque caro *P* Nec ſolum una caro ſp. *B* cumque uiro ſolum ſp. *TF* 6 Maiorisque animi *F* 7 Porticibus] Boethius *V* (*ed. princ.*) Porticibusque *F* | iam non *Gr.* iam nunc *VTF Vall.* 8 thorum *P*

*) Similem Palatini Gruteriani errorem Riesius Anthol. II praef. XXI notauit.

Nulla manus bustum uiolet, nisi forte iugali
  Haec iterum cupiat iungere membra suo,
Ut thalami tumulique comes nec morte reuellar
  Et socios uitae nectat uterque cinis.

Hoc in sarcofago iacet ecce Boetius arto III
  Magnus et omnimodo magnificandus homo.
Qui Theodorico regi delatus iniquo
  Papiam senium duxit in exilium.
In quo se maestum solans dedit inde libellum.
  Post ictus gladio exiit e medio.

9—12 *om. Bert.* 9 Ne qua manus *Gr.* Neue manus *TF* Nulla manus *B* | niſi f. *Gr.* ne forte *TF* | iugalis *Gr.* iugali *B* 10 ſuis *Gr.* ſuo *B* cinis *F* 11 *et* 12 *om. TF* 11 Et th. *B* | reuellat *Gr. Par. corr. PB* 12 iungat *Laur.* | utrumque lapis *P*

III *Anonymus Ticinensis de laudibus Papiae c. IV (Muratori rerum itall. ss. XI*, 13) ... et in hac urbe ipsa Boetius trucidatus occubuit sicut patet in uersibus in eius tumulo scriptis, qui sic dicunt: Hoc in s. — homo. In fine uero sic scriptum est: Qui — medio. *ex eo coniuncturis temptatum exhibuit Tiraboschus III* 55. *genuina haec epitaphii forma (cf. Meyeri Anth.* 1487: Hoc in sarcophago genitrix duo corpora nati Condidit *etc.) et sic legitur in Laurentiano libro supra ad c. II citato Helpis epitaphio subiunctum* (Boetii uersus pataphii). *Aliter Iul. Martianus Rota in epist. nuncupatoria (ed. Basil. MDLXX fol. a* 6 *unde descripsit Baronius Ann. VII* 115 *ad a.* 526)*:* Circumfertur et aliud elogium *[praeter c. VIII]* quo sepulchrum eius exornabatur antea quam illic a Luithprando Longobardo rege collocaretur:

Ecce Boethus adest in caelo magnus, et omni
  perspectus mundo, mirus habendus homo.
Qui Theodorico regi delatus iniquo
  Ticini senium duxit in exilio.
In qua se maestum solans dedit urbe libellum,
  Post ictus gladio, exiit e medio.

1 ſarcophago *Tir. et infra V* 3 arcto *Tir.* arco *Mur. Laur. corr. V* 3 2 M. et omnimodo orando magnificandus h. *Mur.* omnimodo mirificandus h. *Tir.* 4 Papia *Mur.* Papiae *Tir. at uid. V* 16 5 quo *Mur.* qua *Tir.* | inde *Mur.* urbe *Tir.* 6 Et poſt *Laur.*

IIII Heu malus ille sopor quo uenit mortis amator!
omne quod est genitum, tendit ad interitum
Hoc in sarcophago iacet ecce Boecius arto
magnus et omnimodo magnificandus homo,
Quem sophia suis pre cunctis compsit alumpnis,
Quem sibi grande decus contulit ipse deus.
Nam factus consul cum natis ipse duobus
Rome conspicuum est habitus speculum.
Sparsa per Europam uulgant sua dogmata totam,
qua fuit et merito clarus et ingenio.
Nam nobis logicen de greco transtulit artem,
Conmenti gemino quam reserat radio.
Catholice uerum fidei dedit et documentum
et nos informat musica queque sonat.
Qui Theodorico delatus ab iudice ficto
Papiam senium duxit in exilium,
In qua se mestum solans dedit inde libellum,
post ictus gladio exiit e medio.
Ergo sui frater memor esto, tui sit ut alter,
et prece posce sibi, quod cupis esse tibi.

A. M. S. Boethius Exconsul et Patricius

V Inuictus constans Anicius, ortus ex urbe,
Torquati genus, exconsul famosus et exul
Patriciusque bonus mage ciuibus atque BOHΘOC,
Usque caput iugulis genero comitante seruauit.

IIII *tertium carmen amplificatum ad XX uersus liber Trecensis n.* 1381 *s. XIII habet · descripsi ex catalogo* (*Catalogue des Mss. des bibl. publ. des départements II p.* 572).

19 tui, ſit ut alter *Catalogi auctor*, *quod correxi.*

V *hoc carmen ex codice Leidensi n.* 466 *s. XI.* (Compendium logicae ex Boethio et Appuleio Grammatico conflatum duobus libris) *descripsit Geelius recepit Riesius Anthologiae uol. II n.* 764. *ego uix credam saeculum X illud superare*, nam *et* u. 4 iugulis *pro* gladiis (*cf. Cangius*) *posuit auctor et* genero *pro* ſocero (*pro agnato, affini poſitum agnoſcit Cangius*); *sic supra V* 24 qui fuit gener eius *in codice G*, quia f. ſocer eius *in A legitur. ad haec u.* 8 artificale *pro* artificiale, *nec*

*Gn*auiter exaegit furiis monimenta uetustis
Flebilibus scribendo modis tot carmina felix
Et, quod libertas multo sermone bilingui
Artificale tulit, dum post interprete lingua
Quicquid Aristoteles docuit transferre sategit:
Pandens conditionis opes hinc inde coactas,
Quas ab atheneis rapuit bibliopola gazis,
Ne romana fames epulas inescret achiuas.

Rabani

Crux Christi sequitur de summo stemmate natum: VII
  Exsilium meruit, dum tibi Gothe placet.
At Christo placuit, cum non tibi Gothe placeret,
  Et meruit uitam perpetuamque sophus.
Instruit in terris . . uirtute latina,
  In caelum sequitur crux pia . . . .

satis metri rationem habuit u. 4 *ubi* seruauit *genuinum uidetur* 5 Gnauiter *Buecheler*, Grauiter *codex*, Exegit grauiter *Riesius.* furias uetustas *Theodorici regis dixit, quarum in memoriam et consolationem Boetius conposuit* (*uid. I* 4, 79) *quasque reuocant in animos legentium cetera quoque opera libertatis graecae romanaeque monimenta.* 7 En quod *aliquando conieceram.* 10 cognitionis *ci. Buecheler.*

VI *uid. infra p.* 146. *Ex C. Barthi aduers. LVI*, 11 *p.* 2652 (*ed. a.* 1624) *hoc Symmachi epigramma receperunt Burm. II* 137 *Meyer n.* 265 *Ries.* 933. *ille ex Martisburgensi suo Consolationis codice chartaceo cum carmine quod sequitur edidit.*

Auctorem esse coniecit Meyer Boeti alterum filium qui a. DXXII consulatum tenuerit cum fratre. ceterum Symmachius *in codice legebat Barthius.*

3 tamdem *Barth.* 4 sophos *i. e.* σοφῶς *Martiali Sidonio Fortunato uſitatum uid. Cangius. at ipſe Barthius cum Rabano ſuo, quod mireris, pro ſubſtantiuo habuit.*

VII *In fine codicis barthiani* Rabani de Boethio *carmen descriptum erat eadem manu licet alio atramento. Id inter Rabani opera edita frustra quaesiui.*

5 *Barthius poſt* latina *lacunam poſuit.*

VIII Maeonia et latia lingua clarissimus et qui
consul eram, hic perii missus in exilium.
Ecquid mors rapuit? probitas me uexit ad auras
Et nunc fama uiget maxima, uiuit opus.

Gerberti

VIIII Roma potens dum iura suo declarat in orbe,
Tu pater et patriae lumen Seuerine Boeti
Consulis officio rerum disponis habenas,
Infundis lumen studiis et cedere nescis
Graecorum ingeniis, sed mens diuina coercet
Imperium mundi. Gladio bacchante Gothorum
Libertas romana perit: tu consul et exul
Insignes titulos praeclara morte relinquis.

VIII *Epitaphium hoc sine dubio recens Boeti monumento insculptum olim legebatur Ticini in templo B. Petri sub caelo aureo, sacello B. Augustini (Dantis Parad. X* 124 *Mabillon. Mus. ital. I* 218 *Bertius Schenkelius p.* 77 *adn.* 2.) *non in aede B. Augustini, ut ait Rota. ubi nunc sit nescitur. Primus hoc carmen Martianus Rota in epist. nuncup. exhibuit (ex eo Baronius Ann. VII* 115 *et Vallinus), nescio unde habuerit Bertius in uita Boeti, ex ipso lapide ni f. Mabillonius l. l. qui a Balthasare Tachono conpositum dicit, Tiraboschus III* 55 *et Millinus Voyage dans le Milanais II* 22). *cf. Burmann. II* 135 *Meyer* 848.

1 maeoniae et latiae linguae *Bert. solus* 3 Et quia *Rota* Et quid *Vall. coni.* Ecquid *Tir. Mab.* Sed quem *Bert.* Sed quid *Heinsius* | pietas *Tir.* probitas *Rota Mab. Bert.* | euexit (me *om.*) *Bert.* | ad aſtra *Schrader* (*Add. II* 724). 4 En nunc *Rota* | uiuit] uiget *Bert.*

VIIII *Hoc Gerberti elogium ex Baroni Annal. X* 690 *transcripserunt Pithoeus II* 65 *Burm.* II 136 *Meyer* 394 *Olleris opp. Gerberti p.* 294*). *Non autem de sepulcro Boeti honoris causa in ecclesia Ticinensi extructo sed de monumento in aedibus imperatoriis sc. in bibliotheca Ottonis posito intellegendum esse recte monuit Meyer nuperque Schenkelius p.* 77 *adn.* 2.

*) *desiderantur in hac operum conlectione tria Gerberti carmina ad arithmeticam Boeti pertinentia quae ex codice Bambergensi descripsit W. Giesebrecht Geschichte der deutschen Kaiserzeit I* 881—883 *iterumque G. Friedlein in Fleckeiseni Annalibus* 1867 *p.* 708—10. *eorumque primum antea C. F. Weber programmatis Cassellani a.* 1847 *p.* 48 *ex membrana s. XI bibliothecae gymnasi Cassellani ediderat.*

Nunc decus imperii, summas qui praegrauat artes,
Tertius Otto sua dignum te iudicat aula
Aeternumque tui statuit monumenta laboris
Et bene promeritum meritis exornat honestis.

VI

DE CONMENTATORIBUS CONSOLATIONIS

De Asserio Alfredi regis praeceptore inde ab a. 884 Guilelmus Malmesburiensis p. 45 haec memoriae prodidit: *Hic sensum librorum Boethii de Consolatione philosophiae planioribus uerbis enodauit*, *quos ipse rex in anglicam linguam conuertit.* Quae uerba quamquam paraphrasin potius significare uidentur, lucidis tamen conmentariolis Consolationem inlustrasse illum auctor est Lelandus de scriptoribus britannicis c. 118s. ex eoque Fàbricius I 145 M.

Conmentarium ad aliquot boetiani operis carmina Bouoni antistiti missum a *B.* quodam in codice s. X innuenit atque quae pertinent ad c. III 9 edidit Angelus Maius Class. auctt. III 331—45, praeclarum sane si tempus spectas scriptum, ut recte iudicat G. Baurus p. 15 n. 27. Auctor nonnulla fidei catholicae contraria in consolatione reperit, Boetium tamen defendere studet. Brunonem Nouae Corbeiae monachum B. littera indicari editor suspicatus est.

Ab hoc conmentario diuersus uidetur esse quem habet cod. Vindobonensis n. 388 s. XIII „*Opusculum Adalboldi episcopi Traiectini* [† 1027] *super illud Boetii:* „*O qui perpetua mundum ratione gubernas*“ *quod nec Hermes nec Plato dissoluere quiuit*, *qui nimium philosophi erant*“ ex cod. Parisino Colb. 7361 s. XII—XIII a Bethmanno descriptum possidet G. Waitzius. De Adalboldo autem praeter hunc in Pertzii SS VI 679 adeas

9 ſumma qui prorogat arte *Schraderus · at auctor horatianum illud* (*Ep. II* 1, 13) *uſurpauit:* Urit enim fulgore ſuo qui praegrauat artes infra ſe poſitas, *neque obstat sententia.* 11 ſui Pithoeus *in Addendis Burmannianis t. I p.* 735.

Historiam litt. Franciae VII 257 sqq. Multis libris traditae sunt eius *de crassitudine sphaerae* litterae datae ad Gerbertum praeceptorem cum huius responso: noui Rehdigerianum S I 4, 6 f. 76^{b} — 79^{b} Wratisl. regium IV 8 11 f. 43^{b}. uterque est s. XII; editae sunt a Pezio Anecd. III 2 p. 85 87 atque ab Olleris. p. 470 476.

De scholiis atque glossis quae uetustiores libros*) occupant paulo adcuratior cognitio ad hoc tempus desiderabatur. neque ego hanc prouinciam conferendis consolationis uerbis intentus qua par erat industria administraui. Ne tamen prorsus silentio haec praetermittam, exempli gratia atque conmodo eorum ut prospiciam, qui quod ego refugi onus suscipere uolent, ex Gothano libro, qui adscripta in margine quaedam habet eadem quam quae contextum scripsit manu, ampliorem conmentariolum quibus inlustratur II 5, 72 subiciam:

„Sed mente consimiles ut dictum est ad imaginem et similitudinem. nostra anima quippe ad similitudinem dei est facta. haec autem duo ita distinctae sunt accipienda ut imago intellegatur immortalitate animae. Similitudo uero in morum sanctitate, ad imaginem dei quippe facta est anima quae inmortalem creauit animam. Ad similitudinem uero suam, quia sanctam & iustam eam creauit, sicut et ipse est sanctus et iustus. haec ergo duo, scilicet imago et similitudo, ita sunt accipienda, ut in omni anima uere intellegatur esse imago, in sóla autem sancta anima similitudo. Idem additum est masculum et feminam non nisi in corpore factum recte intellegatur(?). non ergo audiendi sunt qui putant animam partem dei esse. Idem si esset pars dei, nec a se ipsa nec aliqua decipi potuisset nec ad aliquid malefaciendum siue paciendum ulla necessitate compelli, nec in melius nec deterius mutari potuisset. Flatus autem ille dei qui hominem animauit, factus est ab ipso, non de ipso . quod nec hominis flatus hominis pars est nec homo eum fecit de se ipso, sed ex aerio halitu sumit, sine quo uiuere non ualet. Ergo de nihilo factam dubitare fas non est.“

*) etiam in libro Sti Galli 845 s. X conmentarius esse uidetur.

Longiora haec scholia rara sunt in Gothano: quotquot sunt enumerabo: ad II 7 v. 16 de Bruto atque catone agitur. ad III c. 9 sic incipit: *Mundus iste corporeus ex .IIII. elementis constat . . . . ut unus alteri propriam prohiberet naturam. Mediam animam solem dicit . . . quia medietatem uidetur possidere.* III 10, 52: *Varro .IIII. affirmat esse gradus animae . . . oppinio tantum philosophorum non ueritas*: locus ex Augustino descriptus quem etiam E in fronte libri exhibet. IIII c. 3 *Ulixes post actum bellum . . . Narius* [sic] *dicebatur et permaxime ab ouidio a naricia regione grecię de qua fuit. de qua et uirgł. naricięque duces* [Ge. II 438?] *dicta a flumine Nare. Vocatur autem nar quod ad similitudinem narium ab uno meatu incipiat et in duo flumina se diuidat.* V 2 in. *Sciendum itaque quod soli angeli et homines . . . liberum arbitrium perdiderunt* V 4, 52: *Verbi gratia splendorem solis . . . intellegimus esse animal quod est genus eius.* V c. 4 porticus, stoae, achademiae definitio. laudantur Plato Gregorius nazazenus . explicit: *appellabatur peripathetica.* ib. v. 22: *Hic figuram tangit quae nobis in libro porphyrii proposita est ac sic nobis dixisse uidetur: nunc inserit caput substantiae, nunc indiuiduis.* ad IIII v. 6, 61—72 haec figura adscripta est:

Posteriorum temporum longe celeberrimus interpres est Willelmus de Conchis praeceptor Joannis Saresberiensis (uid. Metalog. I 3), Abailardi aequalis, † c. 1150.

Fabric. I 408 III 144 Bulaeus hist. uniu. Paris. IIII 173 et 742 Hist. litt. Franc. XII 454 Hauréau in „Nouvelle biographie générale“ t. XXVIII Charma Notice biographique etc. Paris 1857. De huius uiri doctissimi conmentario quem expilauerunt inferioris aetatis plerique primus ampliorem notitiam dedit Carolus Jordanus (Des Commentaires inédits de G. de Conches et de N. Triveth sur la Cons. de la Ph. Paris 1861) p. 3—19 Quas ex Lipsiensi libro Paul. n. 1345 s. XIII Obbarius p. LXI et n. 21 descripsit *glosas Magistri Guillehelmi*, excerptae sunt ex illius opere quod per saecula celebratum erat in scholis. Ego inspexi codicem Henrichouiensem a. 1372.

Gislebertum de Porreta consolationem quoque esse interpretatum Suttneri est coniectura p. 39 adn. 60.

Nicolaus Treuethus Anglus (1258—1328) praeter multos alios ut Senecam patrem et tragicum Boetium quoque interpretatus est . uid. Oudinum III 694 atque prae ceteris qui de illo scripserunt Jordanum p. 19—32. Sequitur autem Willelmi de Conchis uestigia; laudat Alfredi versionem (Jordan. p. 21.) Ex libro de disciplina scholarium Athenis fuisse auctorem refert (ib. p. 24), ex Freculpho narrationem de eius morte repetit (p. 21).

Ant. Posseuinus suspicatus est Treuethum laboris socium in conmentandis Augustini de ciuitate dei libris adsumpsisse sibi Thomam Walleys s. Anglicum qui claruit ab a. 1332. eius olim lectitabantur Moralitates in Ouidium, uid. Balaeus V 35 p. 406 Oudinus III 906. eiusdem autem (non Maldonensis illius ab Obbario laudati de quo Balaeus VII 569 s., obiit autem 1404) in Consolationem quoque extat conmentarius uolgo Thomae Aquinati († 1274) adscriptus. huius nomine ueteres Consolationis editiones plurimae ab a. 1470 ad 1503 hoc conmentum habent quod etiam post Ascensianum atque una cum hoc aliquotiens emissum est neque exclusum ab Sancti Thomae operibus quorum in ed. Antverpiensi legitur t. XVIII n. 6, hoc tamen uiro indignum censuerunt Oudinus (III 327) Labbaeus Quetifius alii, aetate inferiorem ex adlato loco Alani (de planctu naturae) iniuria coniecerunt Vallinus ad

Cons. III 9 v. 14 (p. 60) Obbarius p. L n. 21: nam non 1294 sed 1202 mortuus est Alanus.

Jordanum Nemorarium de Alemannia mathematicum celebrem (c. 1235) nescio unde et quo iure Suttnerus p. 42 adn. in glossatorum numero recenset. Fabricius enim IIII 176 M. et Tiraboschus IIII 162 mathematica tantum eius opera laudant.

Roberti Capitonis (Groshead) Lincolniensis († 1253) conmentarium conmemorat Lelandus c. 269 Balaeus IIII 18 p. 306, omisit Fabric. VI 104 M.

Guillelmus Whetley, Boetianus dictus a Lelando in Consolationis libros (incip.: *Philosophiae seruias, ut idem contingat etc.*) atque in diuisiones librumque de disciplina scholarium conmentatus est sub XIIII saeculi initia. Balaeus IIII 88 p. 367, Pitseus p. 400 ad a. 1300.

Ptolomaei (Tholomaei) de Asinariis Astensis legum professoris conmentarius legitur in codice Vindobonensi n. 376 s. XIIII Parisino n. 6410 a. 1307 scripto. exordium libri descripsit Endlicherus.

Petri de Alliaco (d'Ailly) qui obiit 1425 extat *tractatus super B. de Cons. phil.* (Cod. Paris. 3122) cuius sic incipit praefatio: *Reuerendissimi patres magistri ac domini carissimi. Mihi ardua scandere uolenti* etc. vid. Jordanus p. 3 adn., Joh. Launoius Hist. Acad. Nauarr. II 479, Fabricius V 239 sub n. XIII.

Guillelmi de Cortumelia conmentum est in Parisino n. 6773 s. XV.

Dionysius de Leuuis Carthusianus, doctor ecstaticus dictus, qui obiit 1471, Consolationem quoque suo more interpretatus est; quod opus editum est inter eius opera minora Colon. 1540 t. III.

Nescio cuius sit conmentarius quem exhibet liber S. Galli n. 859 s. XV in quo citatur Petrarcha.

Saeculi denique huius ad exitum labentis conmentarii sunt:

Jodoci Badi Ascensi primum inpressus 1495? uel 1498

Murmelli primum Coloniae 1511 postea Dauentriae apud Alb. Pafraet s. a. (1514) editus cum epistula Nico-

lai Cresci, Jacobi Bononiensis praelectione, Augustini Dathi et Rudolfi Agricolae enarrationibus. uid. HAErhard III 134 s.

VII

DE SACRORUM OPERUM CONMENTATORIBUS

Praemitto eorum nomina qui his scriptis usi esse profitentur. Eorum primus est

Alcuinus qui librum *de unitate substantiae* (Quomodo trinitas etc.) laudauit Opp. ed. Froben. II 265 ex libris ad Johannem diaconum c. 1 de trinitate c. 4 hausisse illum quod in suo de fid. trinitatis opere l. I c. 6 et 4 dicit, Suttnerus p. 29 suspicatur.

De Hincmaro Remensi supra dictum est. Fredegisius Alcuini aequalis (Fabric. II 203) in libro de nihilo et tenebris (ed. Baluzius Miscell. I 403 sqq.) librum de persona et natura ante oculos habuit: uid. Suttnerus p. 29. magis etiam nostrum sequi Paschasium Rapertum idem contendit ibidem. Conmentarii ab A. Maio editi auctor libros de trinitate atque contra Eutychen laudat, alterum de sancta trinitate etiam Aimoinus de gestis Francorum II 1. Notkerus in epistula ad Hugonem episcopum Sedunensem data partem libri eiusdem a se uersam dicit. A Sigeberto Anonymo Mellicensi (de scriptoribus eccles.) Abaelardo Vincentio Bellouacensi beato Thoma Honorio Augustodunensi aliisque sub Boeti nomine laudantur libri tres priores atque quintus, quin etiam de fide christiana libellum Aquinas (Opp. ed. Paris. 1660 XX p. 64) eidem tribuit quem Augustini perhiberi in decreto Gratiani supra memorauimus.

Inter eos qui haec scripta interpretati sunt primo loco recensendus est incertus auctor cuius conmentarios in opera I II III et V conplectitur liber Bernensis 300 s. X scriptus una cum scholis Remigii ad Martianum Capellam. Sinnerus

eum praetermisit. Non diuersus ab eo uidetur interpres **Einsidlensis** (cod. 235 s. X—XI, ex cuius libro particulam meum in usum descripsit H Hagenus . quae cum doceat qualis illo tempore optinuerit interpretandi ratio, non eam supprimendam duxi. Haec igitur a f. 96 ad 99 med. in Einsidlensi leguntur:

Inuestigatam diutissime questionem sb̄ de sc̄a trinitate. Igniculum ingeniolum. — Igniculum dignata est id est dignum habuit. Hoc enim uerbum accusatiuo iungitur. Et suum meritum extenuando · dicit igniculum mentis. — formatam subnixam. — Rationibus argumentis. — Mandatam scriptam. — Vobis offerendam · ut uobis offerrem. — Communicandam participandam. — Judicii examinis. — Nostri inuenti · nostrae inuentionis. — Quid mihi sit animi · Cuius uoluntatis sim · scilicet quod fauorem populi non re(liquo).quiro — Stilo scripturae per · efficientem id quod efficitur. — Tum partim. — Dificultate quia uidelicet si uulgi plausu delectarer utique non tam difficulter sed potius uulgariter scriberem. — Raris datiuus pluralis est. — Famae iactatione opinionis extensione et inanibus clamoribus sicut quidam comici et poetae. — Excitamur prouocamur ad scribendum. — Sed si quis est f. c. t. e · si qua est exterius remuneratio uel laus. Nec (*corr.* Non) potest aliam nisi materiae similem spectare sententiam. Vnaquaeque res secundum materiae qualitatem eget iudicio examinatoris, uerbi gratia qui proscriptionem faciunt fabularum populi fauore delectantur ut poetae et comici qui in theatris et scęnis poemata sua recitantes laudibus populi tantummodo gloriabantur. Dicit ergo: Ideo uestrum iudicium requiro ô symache quia diuinum est hoc opus quod feci et subtilissimum. necesse est itaque ut prudentissimus auctor hoc excellentissimum · opus examinet et quia tibi illud offe(re)ndum disposui ideo magis studiosus extiti ne quid forte incorrectum tibi sapientissimo displiceret. — Similem sententiam prudens iudicium. Quacumque in quamcumque partem. — Deieci declinaui. — Quocumque igitur a uobis deieci oculos partim ignaua segnicies partim callidus liuor occurrit

id est nullum alium praeter uos inuenio qui huius libelli munusculum digne ad legendum et corrigendum accipiat. quoniam omnes sunt ignaui et inertes · aut sunt docti sed callidi et inuidi. — Ignaua segnities ignauus et segnis. — Callidus liuor · callidi et inuidi homines. — Contumeliam iniuriam. — Irrogare inferre. — Talibus hominum monstris · monstra hominum eos appellat quos supra ignauos et callidos dixit · auctoritatem imitatur euangelii qua dicitur · Nolite mittere margaritas ante porcos. — Stilum p̃uitate (*corr.* breu —) contraho materiam obscuritate quoniam omne breue obscurum. Intimis profundis et archanis et ex intimis philosophiae disciplinis. Notandum est quod dicit: idcirco scilicet difficillimis questionibus addo uerba incognita ut dificilius indocti accedant. — Velo pallio et obscuritate operio. — Siquando ad ea conuertitis oculos id est si quando placuerit uobis talia legere. — Mihi tantum uobisque colloquantur. Sibi loqui dicitur qui solus quod loquitur intellegit. Vnde et beatus Augustinus de sancto Ambrosio praedicante ait: sibi et deo loquitur. — Summouimus separauimus. — Capere sƀ ea — Sane tantum a nobis quaeri .o. Contra illos hoc loquitur qui nesciunt modum ponere (in) interrogatione et inquisitione. ita enim omnia sunt tractanda ut semper ratio infra se consistat nec umquam uires ingenii sui quis debet excedere. Idque solummodo decet memorie commendare quod certissime fuerit repertum et probatum. quod autem ambiguum uel incognitum fuerit a nullo est umquam sumendum quoniam ideo plures fuerunt heretici quia altiora se quaesierunt et que ignorabant proferre conati sunt. — Nam ceteris quoque artibus sct̄ liberalibus. Verbi gratia si quis doctor discipulum minus perspicacem instruat et ille sensus hebitudine non intellexerit culpa magistri docentis non erit sed discipuli audientis. — Neque medicina semper affert ęgris salutem ac si dicat: sic etiam talis disputatio non ęqualiter omnibus prodest. — Sed nulla erit m. c. Se ipsum quodam modo medenti comparat. Sicut ergo inquit medici culpa non est quod infirmus adhibito medendi studio sanitatem non recipit ita etiam mea culpa non erit si incipiens

quilibet ad hanc leccionem accedere non quiuerit. — Idem in ceteris s. artibus liberalibus. — Haec quaestio .s. trinitatis. — Tantum facilior debet esse ad ueniam siquid forte omissum est. et hoc dicit: si aliquid perperam incautus dixero facile debes indulgere quia res difficillima est. nam et in facili materia sepe delinquitur nedum in diffi(ci)llima. — Extulerint protulerint. — Questionem sƀ sancte trinitatis. — Hinc ab hoc loco. — Plures usurpant sicut heretici qui se ipsos appellant cristianos cum non sint. de quibus dominus in euangelio: Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum. Bene autem dicit usurpant quasi abusiue abutentes usu (proprio) uel ui illum arripientes. — Solitarie singulariter unice. — Cum primo. — Vniuersalium praecepta regularum. Vniuersale praeceptum est: pater deus filius deus spiritus Sanctus deus et hii tres unus deus, et hoc uniuersaliter ab omnibus ort(h)odoxis confiteri praecipitur. — Tum Secundo. — Eius sƀ. fidei. Cuius religio — per omnes pene (mundi) terminos ostendit paucos hereticos dum totum mundum dicit occupatum cultu christianę religionis. — emanauit autem effluxit. — Catholica. ca(tho)licon dicunt graeci uniuersale. — Cuius sƀ Catholicę fidei. — Inquiunt .s. catholici. Pater deus filius deus spiritus sanctus deus, quia tercio dicitur deus, non tamen idem tres sunt dii. — Coniunc(t)ionis cuius .i. unitatis quia unum dico deum. — Indifferentia sine uel absque differentia et est una pars. — eos differentia c. in uobis nulla differentia est quia nullam differentiam dicimus esse in unitate. — Qui uel augent uel minuunt dicentes patrem maximum filium minorem spiritum sanctum iam minimum. — Distrahunt secernunt. — Diducunt diuidunt tres deos esse dicentes. Auferentes enim unitatem diducunt ipsum in quandam diuersitatem. Ideo nolunt recipere unam substantiam. Arriani enim tres substantias affirmabant et cupientes quosque simplices decipere adinuenerunt OM(O)OyCION quasi aliut [sit substantia] sit substantia latine et aliud OMOOYCION graece. — .i. binarius. — Preter alteritatem .i. Sine alteritate a qua binarius incipit.

Longe celeberrima fuerunt post ea Gisleberti Porretani episcopi Pictauiensis qui Johannis Parui praeceptor erat (Metalog. I 3), conmenta *super libros Boetii de trinitate atque de duabus naturis*, quae inpressa sunt in ed. basiliensi a. 1570 p. 1128—1202 1219—1273, neque rari uidentur esse libri manuscripti (e. g. unum affero Valentianensem theol. n. 189). in quibus atque *in scriptis discipulorum* Gisleberti *cum inuenirentur plura digna ut sapientibus uidebatur reprehensione*, *uel quia non consonabant regulis*, *uel quia ex nouitate uerborum absona uidebantur* (uerba sunt historiae pontificalis scriptae 1161—63 ap. Pertz. SS. XX 522) coram Bernardo Claraeuallensis monasterii abbate defendere se adactus est. uid. Godefredus ap. Mansium XXI p. 728. Hac occasione permotus Magister Clarembaldus Atrebatensis diaconus, de quo uid. Fabricius I 384 M. Hist. litt. Franc. XII 445, *tractatum* suum *super Boetium de trinitate* scripsit qui est in libro Valentianensi theol. n. 185, ubi de quibusdam Gilbertum arguit, Petrum Abaelardum eius aduersarium condemnauit, Bernardum abbatem qui Boetium contra Gislebertum tuebatur, conprobauit. Gilberti conmentarios condemnatos esse in concilio Remensi a. 1148 ab Eugenio III papa Baronius narrat ad illum annum.

Nescio utrum Clarembaldi an alius sit tractatus super B. de trinitate qui est in codice S. Omeri n. 142, 2 s. XII qui sic incipit: *Cum regimini scholarum accitus ab episcopo Laudunensi* etc.

Godofredi Antissiodorensis, qui obiit 1180, suspicantur esse conmentarium libri de trinitate qui receptus est inter Bedae opera t. VIII 1088—1120; Eadmundum Albanum (uel Albon) qui uixit c. 1340 (uid. Balaeus V 64 Fabric. II 72) alii auctorem esse coniecerunt, ut narrant Jo. Lelandus p. 316 Fabricius I 192. Post Remense concilium uiuo adhuc Gilberto conpositum eum ait Suttnerus p. 37 adn. 50; ipsi Gilberto olim tribuebat Vasquesius (Fabric. bibl. lat. III cap. 15). Denique

Inter Thomae Aquinatis opera ed. Romae 1572 Venetiis 1592 t. XVII n. 69 et 70 recepta est *Expositio*

in librum B. de hebdomadibus et *Quaestiones super librum B. de trinitate.* Alterum scriptum graece uersum extare in bibl. Vaticana Fabricius VI 242 M. dicit, quod non mirum possit uideri, cum et Planudes et Demetrius Cydonius alia quaedam beati Thomae opera graece conuerterint, quae recenset C. F. Weber progr. Darmstadiensi a. 1852 p. 36 et 40.

VIII

DE INTERPRETIBUS

Consolationem anglosaxonice uertit Alfredus rex († 906) iuuante Asserio praeceptore de quo supra conmemorauimus. eius uersionis libros Bodleianum et Cottonianum descripsit Wanleyus (Catalogue of Anglo-Saxon Manuscripts p. 64 et 217. ediderunt Rawlinsonus Oxonii 1698 J. S. Cardalus 1820 carmina sola S. Foxius 1835 Works of King Alfred Oxford 1852. cf. Th. Wrightius Biographia britannica I 100 J B Weiss Gesch. Alfreds d. Gr. 1852 p. 265 sqq. Pauli König Alfred (Berlin 1851) p. 220—25. In Cardali exemplari librum I Boeti conplectuntur capita sex priora, omissa sunt carmina 3 et 4, librum alterum c. 7—21, tertium 22—35, quartum 36—40, 1—4 quintum (omissis carminibus 1 et 3 et 4) c. 40, 5—42.

theotisca uersio extat Notkeri Sangallensis monachi, de quo supra satis dictum. De auctore uersionis quae erat dubitatio, sublata est ipsius Notkeri epistula quam edidit Jacobus Grimmius Göttinger Gel. Anz. 1835 p. 911 sqq. et Hattemerus III 3 s. qua et alia boetiana opuscula interpretatum se dicit *) conlata cum eis quae auctor ad Consol. II 7 (p. 86ª) adscripsit: *Taz mag man*

*) sunt autem *Categoriae Aristotelis* et libri *pergermenias* quae ex libris Sancti Galli 818 et 825 ed. Graffius et Hattemerus. Ex Boeti operibus petita uidentur *principia arithmeticae* et *noua rhetorica.* De *excerptis rhetoricae* uid. Plewius in Pfeifferi Germania II p. 48 sqq. — Specimen scripturae Notkerianae ex Cod. S. Galli 877 Hattemerus dedit t. III

uuola sehen an dero spera . diu in cella Sancti Galli nouiter gemachôt ist sub Purchardo Abbate. Citatur ab auctore Liuius 110ᵃ Suetonius 83ᵇ 110ᵃ 111ᵃ Orosius 38ᵇ Terentius 193ᵃ comici latini 52ᵇ, ibidem etiam Sophocles ex Isidoro. tragicos latinos se nouisse negat. Ouidius 210ᵃ atque ut uidetur 53ᵇ (de Acheloo). Nescio unde sumptum sit quod Climacem Ciliciae montem cum Aetna et Veseuo conponit 76ᵇ. Non raro expositioni boetiani sermonis longiores excursus interposuit ad rhetoricam artem pertinentes atque res romanas uelut de tropheo et triumpho atque de comitiis neque deest labyrinthi imago (Hatt. III 155) qua Boet. III 12, 77 inlustratur. — Carminis quod est III 9 etiam in Turicensi quodam libro legitur, primi I 1 uersus in S. Gallensi 877 (Hatt. p. 530 et 15).

Post Notkerum in Germania fuisse ante s. XV qui consolationem interpretati sint non comperi. Ex anno demum 1401 magistri Petri de Kastl mentionem facit Pezius Anecd. p. XXIIII qui eundem suspicatur esse, cuius uersio Norimbergae 1472 (1473? ap. Antonium Koburgerum in Fol.) typis sit excussa. De posterioribus uid. Degen. I 16 s.*) Schweiger II 1, 35 qui etiam inferioris Germaniae interpretationem a. 1485 inpressam recenset p. 37.

Frequentius apud Francogallos quam apud Germanos consolationis libri in linguam uolgarem translati sunt. Statim antiquissimum linguae romanae monumentum, Notkero atque etiam Alfredo superius ut uidetur, carmen est de captiuitate et morte Boeti quod pendet ex ipsa Boeti narratione (Cons. I et II) Eius relliquias 250 uersus conprehendentes reperit olim Leboeuf, edidit ex libro Floriacensi s. X ex. (ego s. VIIII ex scripturae specimine dederim) qui nunc est Aurelianensis, Raynouardus (Choix des poésies originales des troubadours II p. 5—39 cf. praef. p. CXXVII ad CXXXVI).

Inter hoc et primam quae superest uersionem quinque

*) De trinitate librum germanice factum ex cod. Palatino 641 s. XIIII edidit Monius Anzeiger VII 85—93.

interiacent saecula. eam enim Jean de Meung dictus Clopinel primis annis Philippi IIII ante a. 1300 instituit. multi eius libri et scripti et inpressi sunt. ex illis memorandi codd. Parisini 7071 et 7201 in quo carmina pedestri oratione translata sunt . de eis uid. Paulin-Paris V 36 VI 242. Ex libro S. Omeri 661 s. XV prologi partem catalogi editor descripsit. Cod. Jenensem picturis celebrem Obbarius p. XLVIII adn. 14 conmemorat. princeps editio est Lugdunensis a. 1483.

Jean de Sy (Cis) metricae uersionis priore s. XIIII parte factae auctorem suspicatur Paulin-Paris V 43 quam continet cod. Paris. 7071² a. 1382 scriptus. Hunc enim laudat qui sequitur

Frère Renaud de Louens (Louhans nunc uocatur) ordinis praedicatorum, qui scripsit 1336 uel 1337. De Parisinis eius libris 7072 ³,³ et 7209 ³ uid. Paulin-Paris V 55 VI 349. adde burgundicae bibliothecae librum 10474.

Charles d'Orléans captus a. 1414 in pugna ad Azincourt conmissa in Anglia quinque milibus uersuum transtulit Consolationem atque a. 1422 Carolo VII misit De Parisinis libris 7072 et 7204 retulit Paulin-Paris V 51 VI 275 277. inpressa est haec uersio a. 1480.

Anonymi Itali hominis qui antea Consolationem italice expresserat uersio gallica soluta oratione facta. Auctorem esse Albertum della Piagentina (de quo infra) Paulin-Paris VI 343 (de codice Paris. 7209) suspicatur. Denique hic liber afferendus uidetur:

Le livre de Boèce . . compile par Maistre Regnier de sainct Trudon docteur en sainte Theologie et nagaire translaté de latin en francois par un honneste Clerc desole . . inpressum per Colard Mansion Brugis (1477) et 1481.

Hinc factum est, ut non raro apud poetas gallicos Boeti fiat mentio, qui auctoritate non multo inferior erat Aristotele. sic in Guillelmi de Lorris († c. 1260) *roman de la Rose* *), in incertorum auctorum speculo mulierum

*) ed. Méon t. II p. 50 196 221

s. XIII *(le myroir des dammes)* *) et tractatu de amore conposito c. 1450 **) qui sic incipit: *Amour est, dist Boece de consolation en la fin de son second livre, excellentement précieuse chose entre les autres, pour la conservation du monde.* — Ex cantu de natiuitate Christi, qui originis gallicae est, haec leguntur quae nescio ex quo libro Boeti poeta hauserit (Du Méril 'Poésies populaires 1847 p. 45):

In hoc fallit quod docuit
Boetius qui retulit,
Quod mulier, si peperit,
Necessitas hoc arguit,
Quod cum uiro concubuit.

Italorum primus Brunettus Latinus † 1294 in uolgarem linguam uertit et Ouidium et Boetium. (cf. Voigt Wiederbelebung d. Kl. Alterthum p. 10) Laudibus extulerunt Boetium Brunetti alumnus Dantes Parad. X 124 Boccatius De casibus uirorum illustrium VIII 18 Geneal. deorum XIIII 20 ***) quare quod post hoc tempus in Italia ubi antea boetiana studia parum uiguisse uidentur, plures extiterunt interpretes, non est mirum. De istis autem exposuerunt Ph. Argelatus ad bibliothecam italicorum interpretum, quod opus non est typis excusum, Mehusius in uita Ambr. Trauersari I 187 s. Antonius Bency Antolog. de Florence n. 54 Bart. Gamba di Bassano Serie di testi di lingua Toscana, Venezia 1828 n. 202. Nominandi igitur sunt

Albertus della Piagentina Florentinus qui a. 1332 Venetiae carcere inclusus huic operi se dedit quod

*) Cod. Valentianensis s. XIII F 2. 20 praef.: *selonc la sentence de platon. le bien commun et les royalmes sy aroient grant prosperite et grant boneurete se les princes qui les gouvernent estoient apris et enlumine de la charete de sapience.* cf. Boet. I 4, 15

**) Cod. Valentian. F. 2. 7. Parisinus apud Paulin-Paris VII 303.

***) idem ad consolationis exemplum *Nymphale* suum *Fiesolanum* dicitur scripsisse: at neque ex forma neque ex argumento hoc carmen cum consolatione ullam habet similitudinem.

primum editum est Florentiae a. 1735. Sequuntur s. XVI eiusdem aetatis tres illi:

Benedictus Varchi
Cosmus Bartolus
Ludouicus Domenichinus

qui Cosmo I Medice iubente Consolationem certatim uerterunt. eorum uersiones autem primum editae Florentiae apud L. Torrentinum 1550 et 1551 8°. Ipse Laurentius olim Cosmi filius italice expressisse dicitur carmen III 9 Boeti cuius auctoritatem Laurenti Vallae iniuriae (elegant. VI 451 dialect. II 36s.) quibus respondebat Poggius (inuect. in L. Vallam opp. ed. basil. 1513 I p. 72s.), non potuerant infringere*)

In Hispania saeculo XV ex. solus fuit Fr. Antonius Ginebreda, cuius interpretatio primum edita est Seuillae 1497.

In Anglia post Alfredum, ut in Germania post Notkerum, per quinque saecula nemo est, qui Consolationem transtulerit. Galfredus demum Chaucerius nobilis poeta soluta oratione ante a. 1382 eum uertit (edita autem est haec uersio Westmonasterii ap. W. Caxton ante a. 1480) ex eoque in sua carmina quaedam transcripsit. (W. Hertzberg G.Ch.'s Canterbury-Geschichten, Hildburghausen 1866 p. 61, R. Peiper in Fleckeiseni Annal. 1868 p. 65)

Secutus est non multo post John Lydgate monachus, hic quoque poeticis studiis celeber, mortuus a. 1440 de quo uid. Balaeus VIII 7 Oudinus III 2426 Fabric. IIII 95 Graessius II 2, 1038. Haud scio num ab eo diuersus sit John Waltown quem canonicum Osneiensem dicit Schweiggerus cuius interpretatio anglicis uersibus facta a. 1410 impressa est a. 1525 in monasterio Tavestock per Th. Rychardum.

Post typographicam artem inuentam plures in Anglia quoque interpretes extiterunt, quos inter fuit regina Elizabeth, (uid. Vossium in praef. ad Aristarchum, Cambde-

*) Notum de eo Scaligeri iudicium poetices VI 5: *Valla Boetium docet latine loqui, at Vallam Boetius bene sapere.*

num et Walpolium ap. Schweiger. II 1 p. 37). Quis ergo miretur quod in Shaksperio quoque leguntur quae cum boetianis sententiis quam maxime conueniunt? unum hoc conmemoro boetianum II 4, 58: *Adeo nihil est miserum nisi cum putes.*

Graece uertit Maximus Planudes s. XIIII med. carmina inde ed. C. F. Weber Darmstadii 1832 ex cod. Vindob. n. 251 ex multis uno. uid. eundem in dissertationis de latine scriptis quae Graeci ueteres in linguam suam transtulerunt part. IV (Cassel 1852) p. 34s. Iam Vallinus hoc opus norat. Planudes aliud quoque Boeti opus de differentiis topicis graece interpretatus erat, cuius uersionis libros scriptos Weber recensuit p. 33, Manuel Calecas uero librum de trinitate (Weber p. 37).

hebraice quoque expressa esse dicitur a R. Samuel Benbenaste. Banastum dicit Bartoloccius bibl. rabbin. I 503 Hottinger bibl. orient. p. 28. eius operis exemplar extat inter libros Vaticanos.

VIIII

DE IMITATORIBUS PHILOSOPHIAE CONSOLATIONIS

Multi Consolationis librorum formam imitati sunt, ipse Boetius Martianum Capellam, quod recte animaduertit auctor uitae I: sic Mart. I 1 v. 7 *elementa ligas* et I 92 v. 31 *quaeque elementa liget dissona nexio* transierunt in Boeti III 9 v. 10, cum quo carmine Martiani hymnus II 185—193 totus conferendus, nec minus illud alterum Martiani II 907s. cum nostri carmine III 12, quamquam quae leguntur v. 9s. (cf. Boet. v. 10—12)

Impune accubuit rictibus agna lupi
Et lepus inmiti contulit ora cani.

similia apud multos poetas, Ouidium Senecam Claudianum inueniuntur.

Extant *uersus Platonis ab quodam Tiberiano de*

*greco in latinum translati**) Eorum magnam cum Boeti c. III 9, quod ueluti quandam Platonis Timaei ἐπιτομὴν dixit Vallinus, Hauptius agnouit similitudinem. At ne quis Boeti carmen poetam imitatum esse suspicetur, prohibet Martiani**) conparatio, ad quem etiam u. 28 propius accedit quam ad nostrum:

Tiberiani est v. 28: *Da pater augustas ut possim noscere causas*
Martiani II 193 *Da pater aetherios mentem conscendere coetus*
Boeti III, 9, 22 *Da pater augustam menti conscendere sedem*

Nec magis mihi de Eucleri cuiusdam imitatione constat ***).

Isidorus num Boeti opere admonitus *soliloquia* sua scripserit, quod doctus quidam uir est suspicatus, incertissimum est. neque ante saeculum decimum quemquam noui qui ad nostri exemplum se accinxerit. Primus igitur est

Liudprandus episcopus Cremonensis († 972) de cuius studiis conmentatus est R. A. Koepkius Berol. 1842. *Antapodoseos seu rerum per Europam gestarum libri VI* ed. ap. Pertz. MM III 264—339: praeter formam operis non raro etiam uerba uersusque ex Boetio reddidit e. g. II 4 (B I 7) II 22 (B II 1.) IIII 15 v. 3 (B. II 6 v. 1) IIII 5 v. 18 (B. IIII 5. v. 3) V 11 (B. I 6) metris boetia-

*) ex Vindobonensi libro a M Hauptio editi (post Ouidii Halieutica Lips. 1838 p. 65 s.) ex Parisiensi 2772 a Quicheratio (in bibliotheca [illegible]ae chartarum IIII 1842 et 43 p. 267 sqq.) nouissime a Riesio ex eodem atque altero Paris. 4883 A, cui nimis ille confidit Quicheratii nescius, in Anthol. n. 490.

**) Tiberianus Martiani popularis uidetur esse. unde explicatur et similitudo quam illi inter se et cum Apuleio habent, qua de re exposuit Quicheratius, et cur Fulgentius alia quaedam Tiberiani carmina laudet, de quibus adcuratius Quicheratio egit Riesius II praef. p. X.

***) Riesi Anth. n. 789 ad cuius v. 2: *o terrae pelagique sator qui* etc. cf. Boet. III 9 v. 2: *Terrarum caelique sator qui* etc.

nis usus est II 26 (B. I 2) ubi contra boetianos libros uersus diuisit, si fides edito exemplari; porro II 65 (B. I 5 III 5) II 71 (B I 6 II 8) IIII 15 (B. II 6 IIII 7) IIII 18 (B. I 3) V 11 (B. III 6): citatur *eruditi uiri sententia Boetii* I 1 (B. I 1, 22).

Dudo decanus Viromandensis c. 1000 historiae Normannorum scriptor (Pertz. MM. VI 93—101 Duchesnius Hist. Norm. SS. p. 51 sqq.) Boeti metra habes p. 100 101 104 (paroemiacos) ibidemque Boeti tertiam stropham (IIII 1)

Hildebertus Cenomanensis (n. 1055) librum quendam in carcere scripsisse dicitur Boetium secutus: scilicet librum *de exilio suo uel de fortuna* bis inpressum (uid. Hist. litt. Franc. XI 250—412 n. XXXVI 8).

Bernardus Siluester, *perfectissimus inter Platonicos saeculi nostri* dictus Johanni Saresberiensi, *de uniuersitate mundi* uel *de Megacosmo et Microcosmo* diuerso carminum genere prosa intermixta scripsit. Fabricius I 219 et 234 M. C. Barthius Adu. LVI 10 p. 2652. eius aliquot uersus leguntur in Florilegio inscripto: Egregie sententie siue Iocundi flores doctorum poetarum etc. (s. l. et a. 4°).

Eccardus abbas S. Laurentii Vraugiensis (dioec. Herbipolensis) c. 1130 *Consolationem s. laternam monachorum* V libris conscripsit. uid. Gesneri Bibl. uniu. Tiguri MDXLV f. 218ᵇ.

Petrum de Vineis libellum de consolatione nostri exemplo scripsisse Volaterrano auctore Fabricius V 285 M. dicit, at neminem adhuc in lucem illum protulisse.

Notissimus est Alani de Insulis († 1202) liber quem inscripsit *de planctu naturae.* carmina inde deprompta Leyserus exhibet quorum unum adfero sextum: Heu quam praecipitem passa ruinam cf. B. I 2 v. 1.

Heinrici Septimellensis est *elegia de diuersitate fortunae et philosophiae consolatione* quam post alios edidit Leyser. aemulatus in ea est Seuerinum (cuius mors conmemoratur III 49) ut recte dixit Mehusius Vita Ambr. Trauersari I p. 146. Auctor post Alanum uixit cuius Anticlaudianus laudatur.

Nescio an huc pertineat Albertani Brixiensis *liber consolationis et consilii* a. 1246 scriptus. Fabric. I 39.

Iam sequantur Consolationis theologiae auctores tres: quorum primus

Johannes de Tambaco professor Pragensis in exilio a. 1366 *libros XV de consolatione theologiae* scripsit aliquotiens inpressos. Fabric. IIII 149 M. Alter est

Mattheus de Crakouia (Krokow) episcopus Wormatiensis † 1410 cuius *liber de consolationibus theologiae* est in cod. Valentianensi theol. n. 228. Fabric. V 48 M.

Johannes Charlerius de Gerson celeberrimus huius triumuiratus † 1429 *de consolatione theologiae libros IIII* conposuit editos Coloniae ap. Joh. Koelhoff 1488 una cum Boeti Cons. atque in operum ed. du Pin Antw. 1706 t. I p. 130—183 Fabric. III 49 M. septem decim carmina interposuit plerumque boetianis metris usus, quae etiam in poematis t. IIII p. 786 790 791 adhibuit.

Eodem tempore uixit Theodoricus Urie Saxo Eremita ord. S. Augustini, qui tempore Constantiensis concilii *de consolatione ecclesiae libros VIII* scripsit tam uersa quam soluta oratione. Oudinus III 2259 quod opus editum est in Constant. Concilii I 1 p. 1—221

Alphonsi de la Torre Hispani qui claruit c. 1437 pedestri oratione scriptum opus est: *Vision deleytable de la philosophia y artes liberales metaphysica y philosophia moral* quod Consolationis exemplum prodere dicit Clarus die spanische Litteratur II 173 (cf. 174—185 et Graessium II 2, 1167).

Quin etiam *de consolatione medicinarum* liber prosa oratione conpositus ab Johanne filio mef; (i. e. Mesuae) filii hamech filii helii filii abdela regis damasci inuenitur in codice Wratislauiensi regio III F 2 f. 360ª c. a. 1469 scripto.

Postea quoque fuisse qui Boeti ad exemplum uariae doctrinae libros carminum dulcedine adspergerent, quo magis gratos redderent lectoribus, Laurenti Coruini Novoforensis, qui Cracouiae fuit Conradis Celtis amicus, *Cosmographia* ostendit.

X

BOETI QUAE OLIM FUERIT AUCTORITAS ALIIS DOCUMENTIS CONPROBATUR

Magnam fuisse per mediae quam dicunt aetatis saecula Boeti auctoritatem et philosophiae historia docet et quae per quattuor quae praecedunt capita quam breuissime exposuimus testantur: quanta fuerit demonstrare huius praefationis spatium non permittit. At hoc saltem concedatur, ut quorundam uirorum institutionumque memoriam attingamus quibus boetianorum studiorum augmentum potissimum debeatur. Nam licet in ipsius operum praestantia atque in fama, qua ille et uiuus et post mortem floruit, eorum nitebatur celebritas, tamen non ubique ea lectitata esse eodem modo constat: cuius rei explicatio inde petenda erit, quod quibusdam in regionibus uelut in Italia desiderabantur uiri uel satis docti uel illorum studiorum curiosi. Caroli Magni autem amplissimo in regno atque in Britannia scholas occupauerunt boetiani libri, quod Alcuini carmen quo Eboracensis ecclesiae bibliothecam describit docet eandemque auctoritatem posteriora saecula tribuisse ex Eberardi Betuniensis Laborintho apparet ubi inter ceteros auctores qui legendi commendantur scholaribûs, recensetur Boetius (III 85 Leyser. p. 830) his uerbis:

Eximia ratione boat Boetius, ut det
Solamen misero philosophya uiro.

atque inter libros qui legebantur Papiae in scholis Boetium quoque nominat Mehusius in Vita Ambrosi Trauersari I p. 211 cf. p. 146.

Fauebant autem his studiis Fuldae Hrabanus*) et

*) Hrabanus in librum de computo quem edidit Baluzius in miscell. ex Boeti arithmetica conplures locos transtulit p. 7 sqq.

Poppo[1]), Ferrariae Lupus[2]); Paterbrunnae Meinwerkus 1009—39 sociis exposuit Boetium[3]), Tegernscense monasterium Frouimundum[4]) habuit qui de Consolatione et musica libros descripsit. Laubaci Rothardus[5]) arithmeticam exarauit s. XI, Marquardus magister Epernacensis[6]) in libros de musica conscripsit commentarium atque Ludouico IIII Transmarino (936—954) misit. Sub Ulrico VI abbate Sancti Galli ab a. 1204 *spiritualis sic effloruit disciplina, ut non solum Benedicti regulam, uerum etiam philosophiam totamque ad unguem inuestigarint theoriam Platonis Socratis Aristotelis Ypocratis . . Boetii omnes inuestigauerunt riuulos adeo, ut in suis metris philosophos non solum sed et poetriam fuerint* [*assecuti*][7]). At haec studia non recentia fuisse illic Hartmutum et Not-

1) Trithemi Chronicon Hirsaugiense I p. 113 ad a. DCCCCLXX: *Claruit his etiam temporibus in Monasterio Fuldensi post Wernherum Poppo uenerabilis monachus magister scholarum consensu omnium constitutus . . . Hic ut Meginfridus testatur, libros Boetii de Consolatione primus inter omnes suis commentariis explanauit.* Huius igitur nomen p. XXXXIII inter Asserium et Guillelmum de Conchis reponendum. Obiit autem Poppo a. 986 (l. l. p. 128).

2) cf. p. XXIIII.

3) Vita Meinwerki episcopi, Pertz. MM. XI.

4) Frouimundi subscriptionem quam supra p. VII dedi, uitiose scriptam exhibet Pezius l. l. (*Atque huc deuexi tibi Sancte Quirine decreui*). in fine codicis leguntur duo epigrammata, quae supra p. XIIII in Rehdigeriano I esse dixi, eodem quo ille habet ordine (Rehd. II inuerso ordine ea exhibet) atque isdem uerbis; nam per errorem factum puto quod omisit Pezius prioris u. 1 et 2, et scripsit u. 3: *Hic sacros.* Alterius u. 3 *obtato* legitur. De musica libris hos Froumundus subscripsit uersus:

Hunc librum froumund scripsi et scribere feci.
Qui legis haec memorare mei rogo cum prece frater.

Tubalcain Pithagoram Dauid Boecium musicorum instrumentorum inuentores Froumundus recenset Ruodlieb. p. 198.

5) Cod. Virdunensis n. 87.

6) Trithemius chron. Hirs. ad a. DCCCCXXXII.

7) Verba sunt Conradi de Fabaria (Casus Sti Galli ed. Pertz. MM II 165, 39).

kerum testes habemus*) de quibus supra p. XI et XXXXVI et LI dictum est.

Nominandi sunt inter episcopos praeter Meinwerkum primus Ratherius Veronensis († 974), qui Boeti *sui* aliquotiens laudat locos**); celeberrimus horum studiorum propagator Gerbertus papa ab a. 999, de quo haec narrant annales Virdunenses***): *Girbertus Aquitanicus monachus studio et sapientia claruit in tantum, ut ab Ottone archiepiscopo Rauennatium et postea papa Romanus daretur, et multa studia ueterum philosophorum renouauit, post Boetium apud Latinos insignis habitus.*

Quam laudem praeter cetera studia ipsa boetiana illi conparauerunt quae et ipsius epistulae ad Adalberonem aliosque datae et libelli†) produnt et Richeri††) discipuli et amici narratio. Quanti autem Gerbertus fecerit Anicium in geometriae suae prologo testatur ubi *doctissimum* illum et *disertissimum liberalium artium tractatorem* praedicat atque in epigrammatis quae supra p. XXXX citauimus. Eundem autem illi honorem coram auditoribus tribuit quibus praeter Topica et librum de diuisionibus et Periermenias et Porphyrii isagogen non dubium quin mathematica quoque exposuerit opera. quae disciplina et ipsi quam maxime cordi erat et ad quam persequendam discipulos uelut Adalboldum excitauit, uid. supra p. XXXXIs. Consolationis quidem memoriam in Gerberti scriptis non inuenimus factam neque

*) uid. etiam Anonymi Casuum S. Galli continuatio scripta c. a. 1190 Udalrico IIII abbate quod dicit II c. 3: *Cur autem cum impio Nerone iustus Cato rempublicam suscepisset regendam et quare pessimi iustis praeponantur, cum Boetius hanc causam multis argumentis perscripsisset, ex probatione in maximam uenit ammirationem.*

**) p. 223[a] *O imitatores seruum, ait quidam nec mentiens, pecus, carpsisse quos noster nec omisit Boetius.* Consolationis locos habes p. 21[e] 28f 31[a] 183[d] 226[d], de arithmeticae praefatione iudicium 227[b] cf. 639[d].

***) ap. Pertz. MM. VI, 8 ad a. 992 (1014).

†) opera ed. Olleris p. 44 45 87 306 401 403 413 416 425.

††) apud Pertz. MM. V 617 620 621.

uidetur huius operis exemplar in Bobiensium bibliotheca fuisse, at in Francia frequens erat neque poterat cum latere cuius familiaris in illud conscripserat conmentarium.

Otto Frisingensis bis tantum prouocat ad Boetium*).

De Johannis Saresberiensis studiis boetianis uid. Schaarschmidtius p. 119—121, 136, 305—307. De consolatione iudicium ille tulit in Polycratico VII 15 (p. 139 Giles) quod inter testimonia receptum est quae olim solebant praefigi exemplaribus. locos aliquot ex eo Obbarius ad III c. 7 et c. 9, Sitzmannus ad II 8, 1 attulerunt: nihil illi ad rem criticam faciunt.

Si qui sunt, qui illis saeculis boetiani nominis auctoritati refragantur, ipsi illi quantopere stabilita fuerit illa testantur, ut Othlonus S. Emmerami monachus**) c. a. 1067 qui: *Maior*, ait, *cura mihi est legendo uel scribendo sequi sanctorum dicta quam Platonis uel Aristotelis ipsiusque etiam Boetii dogmata*, quem quod Lucanum gentilem familiarem suum dixerat reprehendit; contra *uir scholasticissimus et in definiendis rebus prudentissimus* dicitur noster in chronico S. Michaelis in pago Virdunensi***) scripto ante a. 1037.

Quae post horum uirorum tempora conditae sunt uniuersitates litterarum ea studia non neglexerunt: Vindobonae de Boeti libris collegia habebantur atque Pragae†), atque exeunte s. XV Hermannus Buschius inter christianos poetas praeter Prudentium Sedulium Venantium praecipue Boetium in scholis quas Wittenbergae habuit, legebat. Horum studiorum documenta sunt praeter inmensam codicum copiam atque excerpta, quae etiam in Florilegia frequentia

*) ap. Pertz. XX p. 117: *Cum iuxta Boetium in omnibus philosophiae disciplinis ediscendis atque tractandis summum uitae positum solamen existimem.* p. 355: *Boetius ait*: „*tropus nullius est proprietatis*“.

**) ap. Pertz. MM. VI 521 n. 12.

***) ibid. VI 84.

†) Aschbach Gesch. der Wiener Univ. p. 86sqq. Monumenta Pragensia I 1 p. 76

istis saeculis transcripta sunt, *tabulae* istae *super Boetium de consol. phil.*, quales multis huius libri codicibus adiunctae sunt, e. g. Domini J. de Fayt Abbatis sancti Bavonis Gandensis in codice Valentianensi n. 393, incerti auctoris in cod. Wratisl. chart. IV Q. 62. quae res non satis digna esset memoratu nisi erroris ansam uiris doctis dedisset. Nam inter conmentatores Consolationis olim iniuria relatus est Vitalis de Fontibus – orbis monachus ord. praedic. ex subscriptione codicis Laudunensis scripti a. 1332*) quae pertinere credebatur ad conmentarium operi adiectum, pertinet autem ad solam tabulam; et uereor ne forte inter eos quos supra p. XXXXV recensui, alterum huius erroris extet exemplum. quod damnum quamlibet leue ut conpensem, addo quem supra neglexi Alfredum Morlanensem cuius *in Boetium de consolatione philosophiae* librum Pitsius conmemorat; uixisse autem hunc auctorem non post a. 1270 sed saeculo XII Jordanus**) suspicatur. Addo etiam ad p. LVIIII quartum qui s. XVI *de Consolatione ecclesiae* scripsit *libros VI* Augustinum Valerium, quod opus editum est Romae 1795.

Ita factum ut cum Vergilio Horatio Lucano atque Statio Boetius penetraret in consuetudinem hominum nec quisquam illorum saeculorum esset auctor siue pedestris orationis siue carminum, quin boetiano sermone inbutum se praestaret. Quam multa ex nostro hauserit auctor cantici in Annonem nuper in Pfeifferi Germania II (XIV) p. 77 sqq. O. Caruthus exposuit. Waltari manufortis auctor u. 864 ex Cons. II 2 u. 18 repetiuit: *Quanto plus retinent, tanto sitis ardet habendi.* Malchus uel quisquis scripsit carmen de ecbasi captiui ex Cons. I 1 v. 11 transtulit u. 474: *Iam tempestiui funduntur uertice cani.* Hrotsuit in comoediarum praefatione (p. 138, 8 Barack) *stili officio designaui****) ex I 1, 2, Petrus Riga in Aurorae

*) Montefalconius Bibl. bibl. mss. p. 1296.

**) Gesch. der aristotelischen Schriften im M.-A. übers. von A. Stahr, Halle 1831 p. 110.

***) sic meorum codicum E² et B.

prologo *scenicas meretriculas* ex I 1, 28, Reinerus in libello de ineptiis cuiusdam idiotae:*) *Carmina composui gratoque labore peregi* ex I 1 v. 1, ex eiusdem carminis v. 11 comoediae Lydiae auctor u. 321: *Intempestiui fallunt tua tempora cani.* Gualterus denique de Castellione qui inter praeceptores sui saeculi laudat Boetium in Goliae apocalypsi**), ex I 2 v. 20 descripsit Alex. III 146: *Quis dedit autumno maturis cingier uuis*, iterumque C. VIIII 65, aliosque boetianos locos usurpauit C. VII 9s. (B. III 9), VI 44 (B. I 1 v. 21).

Sicut gallici poetae quorum exempla aliquot supra p. LIIII exhibui, sic et germanici Boeti mentionem faciunt; unum afferam exemplum Wernheri de Elmendorf***), qui sic ait:

Danaue sprichit alsus
Der wise man Boetius
„man kumit nicht zů der wisheide,
daz man sich darna bereide,
daz nu gescaffin ist,
man sal daz ende průuin mit rehtir list.“

Praetermitto exempla ex pedestris orationis auctoribus petita duobus exceptis, quorum alterum confirmat lectionem uno Tegernseensi libro traditam: Conradus enim de Mure qui s. XIII medio scripsit *summam de arte prosandi*†) haec transumpsit ex Cons. I 1, 38: *quasi syrenes usque in exitum dulces* atque ex I 7 v. 25: *gaudia pelle, pelle . . .*, alterum incerti auctoris angli s. XIII prioris qui *de imaginibus in ecclesia pingendis* librum confecit, *fabulosa uulpis et galli diludia*, *simias tibicines et onos liras*, quae ex Cons. I 4, 2 prompta esse editor doctissimus††) non uidit. Petri Damiani uerba in

*) ap. Pertz. MM. XX 598. auctor obiit a. 1182.
**) c. III 41 *tractat Boetius numerabilia.*
***) Haupti et Hoffmanni Altdeutsche Blätter II 207.
†) edidit Rockinger in Quellen und Erörterungen zur bayrischen Geschichte IX, ibique uid. p. 426 et 462.
††) Pitra Spicilegi Solesmensis t. III p. LXXIV

uita S. Odilonis*): *loca eructantia flammarum incendia* num petita sint ex Cons. II 6, 4 nescio.

Addenda uel corrigenda perpauca habeo: in ipso contextu Consolationis I 3, 39 *lymphante* legendum 4, 17 an *pudicitiae flore?* 6, 14 *Papae* 6, 26 ad 36 et II 10, 133 tolle notas *P* et *B* 6, 61 *redarguntur* legendum IIII 7 u. 30 *collo* V 6, 133 codicum lectio *ipsa* retinenda uidetur.

In libro de trinitate III 21 adde: *cf. de interpretatione ed. secunda (ed. Basil. I) p. 309 med.*

In libro contra Eutychen III 10: *cf. Gellius V* 7.

Praefationis p. XIIII libri Caesenatensis subscriptionem etiam exhibuit Mucciolus bibl. Malatestina I p. 140; ex eo libro descriptus sine dubio est Venetus anni 1270 quo de egit Valentinellus II 47 ubi legitur u. 1 *ut est* et *proscindere uomere* u. 2 *Sic mihi* et *solcare* u. 4 *uersum.*

p. XXVIIII Laurentiani libri uitam etiam Mabillonius Musei italici I (Iter ital.) p. 219 publici iuris fecit. apud quem legitur: *Quintus Fabius consul fecit h. p. uel Boetius ipse uel quidam Scottigena, id est discipulus Boetii. Teotrici* etc.

p. XXXI Vita II 6 leg. *peruitiosum.*

p. XXXVIIII s. Gerberti elogium ante oculos sine dubio habuit auctor Leidensis carminis, multo aetate inferius eis est octauum. ordo igitur alius instituendus fuit.

Denique ad p. 228 haec Fabrici uerba (bibl. lat. III c. 15) addo: *Nullum fere esse uersum in Boetio qui non e Seneca desumptus uideatur, Sitzmannus in epistola ad Putschium testatur.*

Magnus est numerus eorum qui in adornanda hac editione et consilio me et opera adiuuerunt, quos suo quemque loco in librorum recensu indicaui. Eis cum omnibus summas agam gratias, non possum quin singularem pro meritis in me conlatis honorem habeam Hermanno Ha-

*) ap. Pertz. archiu. VI 814.

geno Bernensi cuius amicitiae sex helueticos libros et quod supra est conlatos debeam. Praeter eos gratia me deuinctum profiteor et regii ministerii beniuolentia qua ut mihi bauarici libri transmitterentur effectum est, et doctissimorum uirorum quibus codicum a me excussorum custodia est commissa, ex quorum numero est Carolus Halmius Monacensis et Gallus Morellius Einsidlensis et Fridericus Pfeiffer Wratislauiensis.

Qui omnes utinam recte me usum esse tam amplis muneribus iudicent.

SIGLORVM TABVLA

T Tegernseensis
D Bonnensis
E Ratisbonensis S. Emmerami
K Bernensis n. 179
β Fragmenta Bernensia

Deteriores:

G Bernensis n. 421
M Einsidlensis
N Notkeri exemplar
B Bambergensis I
C Bambergensis II
A Gothanus
R Rehdigerianus I
H Rehdigerianus II
L Treuericus

ANICII MANLII SEVERINI BOETII

PHILOSOPHIAE CONSOLATIONIS

LIBRI QVINQVE

ANICII MANLII SEVERINI BOETII

VC. ET INL. EX CONSL. ORD. EXMAG. OFF. ATQVE PATRICII

PHILOSOPHIAE CONSOLATIONIS

LIBER I

I Carmina qui quondam studio florente peregi,
Flebilis heu maestos cogor inire modos.
Ecce mihi lacerae dictant scribenda camenae
Et ueris elegi fletibus ora rigant.
Has saltim nullus potuit peruincere terror,
Ne nostrum comites prosequerentur iter.
Gloria felicis *quondam* uiridisque iuuentae
Solantur maesti nunc mea fata senis.
Venit enim properata malis inopina senectus
Et dolor aetatem iussit inesse suam.
Intempestiui funduntur uertice cani
Et tremit effeto corpore laxa cutis.

ANICII MANLII SEUERINI BOETII EX CONSŁ ORD̄ | PATRIC̄ *TEK* PHYLOSOPHYAE CONSOLATIONIS | INCIPIT LIBER ·I· FELICITER *sic T:* BOE(⊢)TII *al. c. T* BOECII *K* | ŨC ET ĨNL· *interpositum K* | EX CONS *E* | PATR *E* PATRICII *K* | PHILOSOPHIAE (c) *pr.* c *sscr. E* | DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE *K* | FELICITER *om. EK* *plenum titulum exhibet subscriptio libri IIII*

I C. I] 1 qu/ı (a *er.*) *T* 4 eligi *E* elegis *ci. Leyser.* 5 ſaltim *ω* | potuit nulluſ K^1 6 Ni E^2 *A* 7 olim *ω* quondam *scripsi* | *u.* 8 *marg. E* 8 ſolatur (N) *K* | fa/ta *T* 9 ınopıa (n) *T* 12 trem//ıt *K*

Mors hominum felix quae se nec dulcibus annis
    Inserit et maestis saepe uocata uenit.
Eheu quam surda miseros auertitur aure
    Et flentes oculos claudere saeua negat.
Dum leuibus male fida bonis fortuna faueret,
    Paene caput tristis merserat hora meum.
Nunc quia fallacem mutauit nubila uultum,
    Protrahit ingratas impia uita moras.
Quid me felicem totiens iactastis amici?
    Qui cecidit, stabili non erat ille gradu.

I Haec dum mecum tacitus ipse reputarem querimoniamque lacrimabilem stili officio signarem, adstitisse mihi supra uerticem uisa est mulier reuerendi admodum uultus oculis ardentibus et ultra communem hominum ualentiam perspicacibus colore uiuido atque inexhausti uigoris, quamuis ita aeui plena foret, ut nullo modo nostrae crederetur aetatis, statura discretionis ambiguae. Nam nunc quidem ad communem sese hominum mensuram cohibebat, nunc uero pulsare caelum summi uerticis cacumine uidebatur: quae cum altius caput extulisset, ipsum etiam caelum penetrabat respicientiumque hominum frustrabatur intuitum. Vestes erant tenuissimis filis subtili artificio indissolubili materia perfectae quas, uti post eadem prodente cognoui, suis manibus ipsa texuerat. Quarum speciem, ueluti fumosas imagines solet, caligo quaedam neglectae uetustatis obduxerat. Harum in extrema margine ·Π· graecum in supremo uero Θ legebatur intextum. Atque in utrasque litteras in scalarum modum gradus

13 $\overset{n}{\text{a}}$nıſ *E* 18 ora *T* 21 totıeſ $T^1 E^1$ 22 ſtabili ///non *E*

P. I] 2 ſignarem TE^1 deſignarem *K* | aſſtitiſſe *E* adſt. *TK* 4 $\overset{d}{\text{a}}$modum *K* 5 colere E^1 12 ^{ſe}hominum *K* 13 indeſolubili T^1 17 obdu$\overset{xe}{\text{r}}$at *T* | extrema T^1 *uid. Neuius Formenlehre I 181* extremo *KE* 18 ·Π· grecum *ω* 19 in utr. *TK* inter utr. *E*

quidam insigniti uidebantur quibus ab inferiore ad superius elementum esset ascensus. Eandem tamen uestem uiolentorum quorundam sciderant manus et particulas quas quisque potuit abstulerant. Et dextera quidem eius libellos sceptrum uero sinistra gestabat. Quae ubi poeticas Musas uidit nostro adsistentes toro fletibusque meis uerba dictantes, commota paulisper ac toruis inflammata luminibus: quis, inquit, has scenicas meretriculas ad hunc aegrum permisit accedere quae dolores eius non modo nullis remediis fouerent, uerum dulcibus insuper alerent uenenis? Hae sunt enim quae infructuosis affectuum spinis uberem fructibus rationis segetem necant hominumque mentes assuefaciunt morbo, non liberant. At si quem profanum, uti uulgo solitum uobis, blanditiae uestrae detraherent, minus moleste ferendum putarem. nihil quippe in eo nostrae operae laederentur. hunc uero eleaticis atque academicis studiis innutritum? Sed abite potius Sirenes usque in exitum dulces meisque eum Musis curandum sanandumque relinquite. His ille chorus increpitus deiecit humi maestior uultum confessusque rubore uerecundiam limen tristis excessit. At ego cuius acies lacrimis mersa caligaret nec dinoscere possem, quaenam haec esset mulier tam imperiosae auctoritatis, obstipui uisuque in terram defixo quidnam deinceps esset actura, exspectare tacitus coepi. Tum illa propius accedens in extrema lectuli mei parte consedit

22 ſciderunt *T* 23 dextra *K* 25 ibi *T*[1] | adſiſt. *TK* aſſiſt. *E* | thoro *K* 27 ſchenicaſ *E* 28 mere triculaſ (e *ex c.*) *T* me,triculaſ (re superscr.) q; (q; *euanido*) *K* 31 affectu (ꝟ superscr.) *rec. c. T* affect,ũ (u superscr.) *K* affectuū *E uid. Neuius I 371* 34 nobiſ *A* 35 ferendem *T* 37 achademitiſ *K* 38 ſirene/ (ſ *er.*) *T* ſyrene *C* | exitum *T*[1] exitium *KE* 40 meſtior *T* 42 caligaret nec *TEK* (*uid. infra* 2 14: lumina caligantia) caligarat *K*[2] caligauerat ne *A* | poſſım *E*[1] 43 imporioſę *pr. c. T* 44 obſtipui *T* obſtupui *KE* 45 exſp. *TE* exp. *K*

meumque intuens uultum luctu grauem atque in humum maerore deiectum his uersibus de nostrae mentis perturbatione conquesta est.

II Heu quam praecipiti mersa profundo
Mens hebet et propria luce relicta
Tendit in externas ire tenebras,
Terrenis quotiens flatibus aucta
Crescit in inmensum noxia cura.
Hic quondam caelo liber aperto
Suetus in aetherios ire meatus
Cernebat rosei lumina solis,
Visebat gelidae sidera lunae
Et quaecumque uagos stella recursus
Exercet uarios flexa per orbes,
Conprensam numeris uictor habebat.
Quin etiam causas unde sonora
Flamina sollicitent aequora ponti,
Quis uoluat stabilem spiritus orbem
Vel cur hesperias sidus in undas
Casurum rutilo surgat ab ortu,
Quid ueris placidas temperet horas,
Vt terram roseis floribus ornet?
Quis dedit ut pleno fertilis anno
Autumnus grauidis influat uuis?
Rimari solitus atque latentis
Naturae uarias reddere causas:
Nunc iacet effeto lumine mentis
Et pressus grauibus colla catenis
Decliuemque gerens pondere uultum
Cogitur heu stolidam cernere terram.

48 deictum *E*
C. II] 4 ac//ta (u *er.*) *K* 5 inm. *T* 9 gelide *T* 10 quec. *T* 12 conpr. *ω* comp̄hensa *β* | in numeriſ *βA* | habebant *β* 13 cauſ/ſ (a *ss.*) *K* 15 qui^s (s *pr. add.*) *T* 16 *Uel* (u *in ras.*) *K* 18 Quid *ω* Quis *libri recentes* | temperat *E* 19 ornent *K*¹*β* 20 ded¹/t *K* | *u.* 21 *mg. al. E* 24 effe/to *E* 26 que] Q. *ss. pr. T*

II Sed medicinae, inquit, tempus est quam querelae. Tum uero totis in me intenta luminibus: Tune ille es, ait, qui nostro quondam lacte nutritus nostris educatus alimentis in uirilis animi robur euaseras? Atqui talia contuleramus arma quae nisi prior abiecisses, inuicta te firmitate tuerentur. Agnoscisne me? quid taces? pudore an stupore siluisti? mallem pudore, sed te ut uideo stupor oppressit. Cumque me non modo tacitum sed elinguem prorsus mutumque uidisset, ammouit pectori meo leniter manum et: Nihil, inquit, pericli est, lethargum patitur communem inlusarum mentium morbum. Sui paulisper oblitus est, recordabitur facile, si quidem nos ante cognouerit. Quod ut possit, paulisper lumin[illegible] mortalium rerum nube caligantia tergamus. Haec dixit oculosque meos fletibus undantes contracta in rugam ueste siccauit.

III Tunc me discussa liquerunt nocte tenebrae
Luminibusque prior rediit uigor.
Vt, cum praecipiti glomerantur *nubila* coro
Nimbosisque polus stetit imbribus,
Sol latet ac nondum caelo uenientibus astris,
Desuper in terram nox funditur:
Hanc si threicio boreas emissus ab antro
Verberet et clausum reseret diem,

P. II] 1 quam ω non *A* | querellę C^1 4 ᵃlimentiſ *E* 6 Agnoſceſne *T* 7 malem K^1 8 cunque *E* 9 elingem *T* | adm. T^2E amouit *K* 11 pricli T^1 pericli *EK* | *loet har*gum (loet h *al. in ras. ni f.*) *T* laeth. *E* leth. *K* | inl. *TK* 12—14 eſt *usque ad alterum* pauliſper *om.* *E* 16 rugū *K*

C. III] 1 tenebre T^1 2 p/rior *T* 3 ſidera ω nubila *ci. R. Volkmannus quod confirmatur Senecae Phaed. 745* ocior nubes glomerante coro. | choro ω 4 ſtetı/*t*imbribuſ (t *al.*) *T* 5 uenitibuſ (en *suprascr.*) *E* 7 Nanc K^1 | SIT‿HEICIVS (R, O *suprascr.*) *al. c.* *T* ſit‿hreicio *K* | boreuſ (la *suprascr.*) *K* | emiſuſ *T* 8 uer*b*eret (b *al.*) *T* | clarum *ci. Wakefieldius ad Lucret. VI 114*

Emicat ut subito uibratus lumine Phoebus.
Mirantes oculos radiis ferit.

III Haud aliter tristitiae nebulis dissolutis hausi caelum et ad cognoscendam medicantis faciem mentem recepi. Itaque ubi in eam deduxi oculos intuitumque defixi, respicio nutricem meam cuius ab adulescentia laribus obuersatus fueram Philosophiam. Et quid, inquam, tu in has exilii nostri solitudines o omnium magistra uirtutum supero cardine delapsa uenisti? an ut tu quoque mecum rea falsis criminationibus agiteris? An, inquit illa, te alumne desererem nec sarcinam quam mei nominis inuidia sustulisti, communicato tecum labore partirer? Atqui Philosophiae fas non erat incomitatum relinquere iter innocentis, meam scilicet criminationem uererer et quasi nouum aliquid acciderit, perhorrescerem? Nunc enim primum censes apud inprobos mores lacessitam periculis esse sapientiam? Nonne apud ueteres quoque ante nostri Platonis aetatem magnum saepe certamen cum stultitiae temeritate certauimus? eodemque superstite praeceptor eius Socrates iniustae uictoriam mortis me adstante promeruit? Cuius hereditatem cum deinceps epicureum uulgus ac stoicum ceterique pro sua quisque parte raptum ire molirentur meque reclamantem renitentemque uelut in partem praedae traherent, uestem quam meis texueram manibus, disciderunt abreptisque ab ea panniculis totam me sibi cessisse credentes abiere. In quibus quoniam quaedam nostri habitus uestigia uidebantur, meos esse

9 ut *KET*[1] et *T*[2]*A* ac β | foebuſ *T* p,hebuſ (fo *supra*) *K*

P. III] 4 aduleſc. *T* aduliſc. *E*[1]*K*[1] 5 obſeruatuſ *K*
9 alumn// (e *supra*) (ae *er. al. c.*) *T* 11 12 *haec uerba* Atqui — innocentis *spuria iudicat PLangenus* | philophiae (ſo *supra*) *pr. c. T* 12 ſcilicet *om. E* 13 accider& *T*[1] 14 inprobos] im *in ras. al. T* inp. *EK* 17 certamen saepe *A* 18 preceptor *T*
19 adſt. ω 20 ac (q; *supra*) *K* 23 detraherent *A* 25 credenteſ *om. s. add. E* | abire (e *supra*) *E*

familiares inprudentia rata nonnullos eorum profanae multitudinis errore peruertit. Quod si nec Anaxagorae fugam nec Socratis uenenum nec Zenonis tormenta quoniam sunt peregrina nouisti, at Canios at Senecas at Soranos quorum nec peruetusta nec incelebris memoria est, scire potuisti. Quos nihil aliud in cladem detraxit nisi quod nostris moribus instituti studiis improborum dissimillimi uidebantur. Itaque nihil est quod ammirere, si in hoc uitae salo circumflantibus agitemur procellis, quibus hoc maxime propositum est pessimis displicere. Quorum quidem tametsi est numerosus exercitus, spernendus tamen est, quoniam nullo duce regitur, sed errore tantum temere ac passim limphante raptatur. Qui si quando contra nos aciem struens ualentior incubuerit, nostra quidem dux copias suas in arcem contrahit, illi uero circa diripiendas inutiles sarcinulas occupantur. At nos desuper inridemus uilissima rerum quaeque rapientes securi totius furiosi tumultus eoque uallo muniti quo grassanti stultitiae adspirare fas non sit.

IIII Quisquis conposito serenus aeuo
Fatum sub pedibus *ded*it superbum
Fortunamque tuens utramque rectus
Inuictum potuit tenere uultum:

27 inpr. *TK* | profane// *K* 28 errore *om.* *K*[1] 29 fugam] *u. Diog. Laert. II 12* | tormenta] *uid. Diog. Laert. VIIII 26 sqq. Cicero de nat. deor. III 82 Val. Max. III 3 Ext. 2* 30 perigrina *E* p[e]grına *K* | Canios] *infra I 487* Canii. *de* Iulio Kano *cf. Seneca de tranq. XIIII 4—9* | Senecas] *Tac. A. XV 60 ss.* 31 Soranos] *Tac. A. XVI 23 ss.* | incelebriſ *E* 33 inpr. *K* 34 quo[d] *E* 34 35 quodam mireriſ *K* ammirære *T* 37—39 quıdem tam duce regitur (*s. add. ant. m.:* etſi eſt num. *usque ad* nullo) *E* 37 numeroſuſ eſt *A* 39 lymph. *TE* lĩpare (t̃nte *s. add.*) *K* 43 inr. *T* 45 adſp. *TK* aſpirarı/ *E*

C. IIII] 1 conp. *TK* 2 egit *ωβ* dedit *ci. R. Agricola*

Non illum rabies minaeque ponti
Versum funditus ex*c*itantis aestum
Nec ruptis quotiens uagus caminis
Torquet fumificos Veseuus ignes
Aut celsas soliti ferire turres
Ardentis uia fulminis mouebit.
Quid tantum miseri *fer*os tyrannos
Mirantur sine uiribus furentes?
Nec speres aliquid nec extimescas,
Exarmaueris impotentis iram:
At quisquis trepidus pauet uel optat,
Quod non sit stabilis suique iuris,
Abiecit clipeum locoque motus
Nectit qua ualeat trahi catenam.

IIII Sentisne, inquit, haec atque animo inlabuntur tuo? an ΟΝΟϹ ΛΥΡΑϹ? Quid fles, quid lacrimis manas? ЄΞΑΥΔΑ, ΜΗ ΚЄΥΘЄ ΝΟΩΙ. Si operam medicantis expectas, oportet uulnus detegas. Tum ego collecto in uires animo: Anne adhuc eget ammonitione nec per se satis eminet fortunae in nos saeuientis asperitas? Nihilne te ipsa loci facies mouet? Haecine est byblio-

6 exagitantis *ω* excitantis *ci. R. Langius* exigentis *Obb.*

7 caminis (i *al.*) *T* 8 fumicuſ *in* fumicoſ (fi ss.) *c. K* | ueſe-uuſ *TE* ue ſaeuuſ *K* 11 ſaeuoſ *TK* ſeuoſ *E* feros *ci. R. Langius, fort.* ſuos | tirannoſ *K* 14 impotentiſ (m *in ras. al.*) *K* 15 quidquiſ *K*[1] 17 Locoq: *dimidia lit.* o *et* q *al. T*

P. IIII] 1 inl. *T* 2 ꝺN *graecis litteris ω* | ωΝωϹ *K* | λΥΡꝺϹ, λ *in ras. K* (*de hoc prouerbio cf. Diogenian. VII 33 Apostol. XII 82 Varro 178, 5 179, 6 229, 2 ed. Ries.*) 3 *Homeri A 363* | ЄξꝺΥ̇λꝺ *K* ЄξꝺΙΔ *T*[2] *mg.* ΗξωΗωꝺωΡω *ss. K*[2] | ΜΗ *T*[2] ΜΝ *K* ΜЄ *T*[1]*E* me *T*[3] *mg.* ΗΗΗΝ *ss. K*[2] | ΚЄΥ *mg. et* ΘЄ *in ras. T*[2] (*T*[1] *non liquet*) Keuthe *mg. T*[3] ΚЄωΥΘЄ *K* ΚЄΥΘЄ *EC* | ΝΟωΙ *C* ΝΟΙΗΝ *E* ΝΙΗΝ *in ras. T*[2] nien *mg. T*[3] (*T*[1] *n. l.*) ΝωΥΗΝ *K* 4 deteg *aſ TVMEg* (aſ — eg *in ras., antea fuit:* detegaſ tuum. Ego) *K* 5 amminitione *T*[1] 6 eminet (e *in ras. plurium litt. al.*) *T* | furtunae *T*[1] 7 ipſa/////// loci *K* | h/e/cine (a *et* c *er.*) *K* haecinc *TE* | biblyotheca *T* biliotheca (b ss.) *E* bibliotheca *K*

theca, quam certissimam tibi sedem nostris in laribus ipsa delegeras? in qua mecum saepe residens de humanarum diuinarumque rerum scientia disserebas? Talis habitus talisque uultus erat, cum tecum naturae secreta rimarer, cum mihi siderum uias radio describeres, cum mores nostros totiusque uitae rationem ad caelestis ordinis exempla formares. Haecine praemia referimus tibi obsequentes? Atqui tu hanc sententiam Platonis ore sanxisti: „Beatas fore res publicas, si eas uel studiosi sapientiae regerent uel earum rectores studere sapientiae contigisset.“ Tu eiusdem uiri ore hanc sapientibus capessendae rei ·P· necessariam causam esse monuisti, ne improbis flagitiosisque ciuibus urbium relicta gubernacula pestem bonis ac perniciem ferrent. Hanc igitur auctoritatem secutus quod a te inter secreta otia didiceram transferre in actum publicae administrationis optaui. Tu mihi et qui te sapientium mentibus inseruit deus conscii nullum me ad magistratum nisi commune bonorum omnium studium detulisse. Inde cum inprobis graues inexorabilesque discordiae et quod conscientiae libertas habet, pro tuendo iure spreta potentiorum semper offensio. Quotiens ego Conigastum in inbecilli cuiusque fortunas impetum facientem obuius excepi, quotiens Trigguillam regiae praepositum domus

8 quem T^1 | in laribuſ noſtriſ *K* 10 diuinarum] q; *om.* K^1 12 deſcriberaſ *E* 14 exempla ω exempla/ *A* | H/e/cıne *K* 15 Platonis] *de rep. V 473 DE* 16 puplicaſ *E* 18 Tu eiuſdem *in ras. pr. T* | *de rep. VI 487* 19 capeſcendae K^1 | rei ·p· *E* rei ·p̃· *T* 20 inpr. K^1 21 ferrent ω in *s. add.* T^2C inferrent *A?* | pernitiem T^1E pernetiem T^2 23 didicerem T^1 | puplicae *E* | adm. ω 25 magiſteriatum *ci. Vallinus* 26 omnium bonorum *E* 27 inprouiſ T^1 inproboſ K^1 | ///// *diſ*cordiae (diſ *in ras.?*) *K* | et *ex* teque *c. K* 28 potentiorum ω potentium *N* potentum *A?*

29 quotieſ K^1 cong/aſtum (e *er.*) *K* 30 inbecilli T^1 imbecilli E^1 inbecilliſ *K* 31 trigguillam *ECB* trigguilam *al. c. T* triguillam *K? cf. nomen* Triggua *Ennodius ep. VIII 21 Sirmond.* | propoſitum K^2

ab incepta perpetrata iam prorsus iniuria deieci, quotiens miseros quos infinitis calumniis inpunita barbarorum semper auaritia uexabat, obiecta periculis auctoritate protexi! Numquam me ab iure ad iniuriam quisquam detraxit. Prouincialium fortunas tum priuatis rapinis tum publicis uectigalibus pessumdari non aliter quam qui patiebantur indolui. Cum acerbae famis tempore grauis atque inexplicabilis indicta coemptio profligatura inopia Campaniam prouinciam uideretur, certamen aduersum praefectum praetorii communis commodi ratione suscepi, rege cognoscente contendi et ne coemptio exigeretur, euici. Paulinum consularem uirum cuius opes palatinae canes iam spe atque ambitione deuorassent, ab ipsis hiantium faucibus traxi. Ne Albinum consularem uirum praeiudicatae accusationis poena corriperet, odiis me Cypriani delatoris opposui. Satisne in me magnas uideor exaceruasse discordias? sed esse apud ceteros tutior debui qui mihi amore iustitiae nihil apud aulicos quo magis essem tutior reseruaui. Quibus autem deferentibus perculsi sumus? quorum Basilius olim regio ministerio depulsus in delationem nostri nominis alieni aeris necessitate conpulsus est. Opilionem uero atque Gaudentium cum ob innumeras multiplicesque fraudes ire in exilium regia censura decreuisset cumque illi parere nolentes sacrarum sese aedium defensione tuerentur compertumque id regi foret, edixit:

32 prorsus] introrſus *ci. ASObbarius.* 33 inp. *T'* 35 ^in^iuriam *E* 36 prouintialium *T'*[1] 37 pupliciſ *E* 38 patieb^n^atur *E* 39 *de coemptionibus uid. Cassiodori Var. V 13 VII 22 X 18* 40 prouintiam *ω* 41 praef̃ *T* ꝑfectum *K*[1] | praeto^rii^ *E* 43 exiegeretur *E* | conſv/larem (v *in ras.*) *T* 44 palatinı *uel* palatine (ı *et* e *saepe parum inter se differunt*) *E* 46 conſolarem *T*[1] | praeiudicate *T* | acuſationiſ *K* 47 cipriani *E* 48 exaceruaſſe *ω* exacerbaſſe *M*[1] *R*[1] *L* 51 aũt *K* 53 conp. *ω* 55 fraudeſ *om. E*[1] 56 cunque *E* 57 conp. *K* | ·e·dixit (*al. c.?*) *T*

uti ni intra praescriptum diem Rauenna urbe decederent, notas insigniti frontibus pellerentur. Quid huic seueritati posse astrui uidetur? Atqui in eo die deferentibus eisdem nominis nostri delatio suscepta est. Quid igitur? nostraene artes ita meruerunt? an illos accusatores iustos fecit praemissa damnatio? Itane nihil fortunam puduit si minus accusatae innocentiae at accusantium uilita*ti*s? At cuius criminis arguimur summam quaeris? senatum dicimur saluum esse uoluisse. Modum desideras? delatorem, ne documenta deferret quibus senatum maiestatis reum faceret, impedisse criminamur. Quid igitur o magistra censes? infitiabimur crimen, ne tibi pudori simus? At uolui nec umquam uelle desistam. Fatebimur? sed impediendi delatoris opera cessabit. An optasse illius ordinis salutem nefas uocabo? ille quidem suis de me decretis, uti hoc nefas esset, effecerat. sed sibi semper mentiens inprudentia rerum merita non potest inmutare nec mihi socratico decreto fas esse arbitror uel occuluisse ueritatem uel concessisse mendacium. Verum id quoquo modo sit, tuo sapientiumque iudicio aestimandum relinquo. Cuius rei seriem atque ueritatem, ne latere posteros queat, stilo etiam memoriaeque mandaui. Nam de compositis falso litteris quibus libertatem arguor sperasse romanam quid attinet dicere? Quarum fraus aperta patuisset, si nobis ipsorum confessione delato-

58 uti *KE* ut *T*? | ni *ET* niſi *K* | ^{i}ntra *K* ^{in}·tra *T* 60 uideatur K^1 | adſtrui *K* | in *eo di*e (eo di *in ras.*) *K* in eodem die *A* 62 an//illoſ *K* 63 acuſatoreſ *K* 64 a//t (u *er.*) *KC* 65 a//t cuiuſ (u *er.*) *K* | uilitaſ ω uilitatis *ci. Glareanus, Petri Fabri codex apud CBarth. Adu. 49, 3* 66 quaereſ *T* | ſe/natum *T* 68 inp. *K* 69 infitiab. *E* 70 pudor *K* 71 inped. *EK* 72 ceſſauit *TE* ceſſabit *KA* | an *om.* T^1 74 mentienſ ſemper *E* | inprud. *EK* 75 inm. *TK* 76 *Plato de rep. VI 485 C* oculuiſſe T^1 77 conceſſiſſe *TE* concenſiſſe K^1 | mendaci*o* (o *ex* ũ?) *K* 80 qu*e* (e *in ras. rec.*) *T* 81 conp. *K* 83 delator$\overset{v}{e}$m *E*

rum, quod in omnibus negotiis maximas uires habet, uti licuisset. Nam quae sperari reliqua libertas potest? Atque utinam posset ulla! Respondissem Canii uerbo, qui cum a Gaio Caesare Germanici filio conscius contra se factae coniurationis fuisse diceretur: „Si ego, inquit, scissem, tu nescisses“. Qua in re non ita sensus nostros maeror hebetauit, ut impios scelerata contra uirtutem querar molitos, sed quae sperauerint effecisse uehementer ammiror. Nam deteriora uelle nostri fuerit fortasse defectus, posse contra innocentiam, quae sceleratus quisque conceperit inspectante deo, monstri simile est. Vnde haud iniuria tuorum quidam familiarium quaesiuit: „Si quidem deus, inquit, est, unde mala? bona uero unde, si non est?“ Sed fas fuerit nefarios homines qui bonorum omnium totiusque senatus sanguinem petunt, nos etiam quos propugnare bonis senatuique uiderant, perditum ire uoluisse. Sed num idem de patribus quoque merebamur? Meministi, ut opinor, quoniam me dicturum quid facturumue praesens semper ipsa dirigebas, meministi, inquam, Veronae cum rex auidus exitii communis maiestatis crimen in Albinum delatae ad cunctum senatus ordinem transferre moliretur, uniuersi innocentiam senatus quanta mei periculi securitate defenderim. Scis me haec et uera proferre et in nulla umquam mei laude iactasse. Minuit enim quodam modo se probantis conscientiae secretum, quotiens ostentando quis factum recipit fa-

85 nam quae] namq; T^1*K* 86 reſſpond. *E* reſpondiſſẽ (ẽ *in ras.*) *T* | Canii] *u. supra III 30* 87 agaio *ω* 88 inquid *E* 89 neciſſeſ *E* 90 meror *T* | hebitauit T^1 91 ſed *om. E* 93 ᵈeffectuſ *K* 95 ħaud (t *supra*) *al. c. K* | quidam] *Epicurus. uid. Sitzmannus* 96 inquid *E* 97 uero *ω om. A* 104 magieſtatiſ *E* 105 delatum *E* delatṽ (ṽ *in ras.*) T^2 delate *K* delatae *CB* | *uerba* ordinem *usque ad* ſenatus *s. add. pr. K* 106 107 quanta ᵐei ſecuritate periculi *K* 107 mei periculi *TE* periculi mei *A* 110 oſtendando K^1

mae pretium. Sed innocentiam nostram quis exceperit euentus uides. pro uerae uirtutis praemiis falsi sceleris poenas subimus et cuius umquam facinoris manifesta confessio ita iudices habuit in seueritate concordes, ut non aliquos uel ipse ingenii error humani uel fortunae condicio cunctis mortalibus incerta summitteret? Si inflammare sacras aedes uoluisse, si sacerdotes impio iugulare gladio, si bonis omnibus necem struxisse diceremur, praesentem tamen sententia confessum conuictumue punisset. Nunc quingentis fere passuum milibus procul muti atque indefensi ob studium propensius in senatum morti proscriptionique damnamur: o meritos de simili crimine neminem posse conuinci. cuius dignitatem reatus ipsi etiam qui detulere uiderunt: quam uti alicuius sceleris ammixtione fuscarent, ob ambitum dignitatis sacrilegio me conscientiam polluisse mentiti sunt. Atqui et tu insita nobis omnem rerum mortalium cupidinem de nostri animi sede pellebas et sub tuis oculis sacrilegio locum esse fas non erat. Instillabas enim auribus cogitationibusque cotidie meis pythagoricum illud ЄΠΟΥ ΘЄΟΝ. Nec conueniebat uilissimorum me spirituum praesidia captare quem tu in hanc excellentiam componebas, ut consimilem deo faceres.

111 precium T^1 112 premiis *T* 113 et] *h*ęc (h *postea praefixa*) *T* 116 condi/tio (c *er.*) *E* conditio *TK* | ſumiteret K^1 117 uoluiſſem? K^1 119 conuinctum ue *K* | confeſſum conuictumue (*spatio uacuo relicto*) *T* confeſſum tamen conuictumue (*uoce* τ̃n *quae est inter* praeſ. *et* ſententiam *lineola deleta*) *E* 121 moti *KCANL alii* muti T^1E^1B *cf. Tac. A. II 77* „inauditus et indefenſus“ 123 meritoſ T^1KC^1 merito *EB* | diſſimili T^1 125 uτ (1 *supra*) *pr. c. T* 126 conſcientiam me *K* 130 meiſ cottidie *A* | cotidie *ω* | pytag. *E* phitag. *K* 131 ἕπου θεῷ *Sosiades in septem sapientium praeceptis ap. Stob. Floril. III 80 (Mullachi fragmenta philoss. graecorum I 216) Seneca de uita beata XV 5:* illud uetus praeceptum: deum ſequere. ᐃЄΠΟ,Υ (Θ *supra*) *al. c. T* ЄΠ (ΟΥ *om.*) *K* ΘЄΟΝ *ω* ΘЄѠΝ *A* 133 conſimilem] *et hoc pythagoricum euicit Vallinus*

Praeterea penetral innocens domus honestissimorum coetus amicorum socer etiam sanctus et aeque actu ipso reuerendus ab omni nos huius criminis suspitione defendunt. Sed o nefas illi uero de te tanti criminis fidem capiunt atque hoc ipso uidebimur affines fuisse maleficio, quod tuis inbuti disciplinis tuis instituti moribus sumus. Ita non est satis nihil mihi tuam profuisse reuerentiam, nisi ultro tu mea potius offensione lacereris. At uero hic etiam nostris malis cumulus accedit, quod existimatio plurimorum non rerum merita sed fortunae spectat euentum eaque tantum iudicat esse prouisa quae felicitas commendauerit. Quo fit, ut existimatio bona prima omnium deserat infelices. Qui nunc populi rumores, quam dissonae multiplicesque sententiae, piget reminisci. Hoc tantum dixerim ultimam esse aduersae fortunae sarcinam, quod dum miseris aliquod crimen affingitur, quae perferunt meruisse creduntur. et ego quidem bonis omnibus pulsus dignitatibus exutus existimatione foedatus ob beneficium supplicium tuli. Videre autem uideor nefarias sceleratorum officinas gaudio laetitiaque fluitantes perditissimum
105 quemque nouis delationum fraudibus imminentem, iacere bonos nostri discriminis terrore prostratos, flagitiosum quemque ad audendum quidem facinus impunitate, ad efficiendum uero praemiis incitari, insontes autem non modo securitate, uerum ipsa etiam defensione priuatos. Itaque libet exclamare:

V O stelliferi conditor orbis
Qui perpetuo nixus solio

135 aequę *T* | ipſe *S* ac tu ipſa *ci. Sitzmannus, probat Schenkelius p. 88* 136 ſuſpicione *TE* 139 inb. *T* 142 noſtris] nīſ *T* 144 expectat *K* 146 eſtimatio *E* 147 diſonae *E* | que] e *in ras. al. T* 150 affingitur *TK* aff/ingitur (r *er.*) *E* affigitur *A* 152 ſuplicium *K* 155 inm. *K* 156 poſtratoſ (r *supra*) *K* 157 audiendum T^1*K* | inp. *E* 158 inſonteſ (e *in ras. al.*) *T* 159 defen/ione (ſ *ex c.*) *K*

C. V] 2 perphetuo *K*

Rapido caelum turbine uersas
Legemque pati sidera cogis,
Vt nunc pleno lucida cornu
Fratris totis obuia flammis
Condat stellas luna minores,
Nunc obscuro pallida cornu
Phoebo propior lumina perdat.
Et qui primae tempore noctis
Agit algentes hesperos ortus,
Solitas iterum mutet habenas
Phoebi pallens lucifer ortu.
Tu frondifluae frigore brumae
Stringis lucem breuiore mora:
Tu, cum feruida uenerit aestas,
Agiles nocti diuidis horas.
Tua uis uarium temperat annum,
Vt quas boreae spiritus aufert,
Reuehat mites zephyrus frondes:
Quaeque arcturus semina uidit,
Sirius altas urat segetes.
Nihil antiqua lege solutum
Linquit propriae stationis opus.
Omnia certo fine gubernans
Hominum solos respuis actus
Merito rector cohibere modo.
Nam cur tantas lubrica uersat
Fortuna uices? premit insontes
De*m*ta sceleri noxia poena,
At peruersi resident celso
Mores solio sanctaque calcant
Iniusta uice colla nocentes.

6 Totiſ fratriſ ∞ Fratris totis *scripsi* | flamiſ *T* 11 hesperoſ *TK*[1] heſperuſ *Eβ* 14 brume *T* 15 ſtrngiſ *pr. c. T* | bre*u*iore] *littera* v *ex* b *al. c. T* 17 nocti ∞ noctiſ *A* | oraſ *T*[1] 20 Reueat *E* | miteſ *K* mi/teſ *T* mitiſ *E?* 22 uret *T* 26 omnium *T*[1] 30 Debita ∞ Sceleri debita *ci. LMueller de r. m. 147* Demta *scripsi* 32 scanctaq; *ET*[1]

Latet obscuris condita uirtus
Clara tenebris iustusque tulit
Crimen iniqui.
Nil periuria, nil nocet ipsis
Fraus mendaci compta colore.
Sed cum libuit uiribus uti,
Quos innumeri metuunt populi
Summos gaudent subdere reges.
O iam miseras respice terras
Quisquis rerum foedera nectis.
Operis tanti pars non uilis
Homines quatimur fortunae sal*e*.
Rapidos rector comprime fluctus
Et quo caelum regis inmensum
Firma stabiles foedere terras.

V Haec ubi continuato dolore delatraui, illa uultu placido nihilque meis questibus mota: Cum te, inquit, maestum lacrimantemque uidissem, ilico miserum exsulemque cognoui. Sed quam id longinquum esset exilium, nisi tua prodidisset oratio nesciebam. Sed tu quam procul a patria non quidem pulsus es sed aberrasti, ac si te pulsum existimari mauis, te potius ipse pepulisti. nam id quidem de te numquam cuiquam fas fuisset. Si enim cuius oriundo sis patriae reminiscare, non uti Atheniensium quondam multitudinis imperio regitur, sed ЄIC KOIPANOC ЄCTIN ЄIC BACIΛЄYC qui

36 *adonius om.* $E^1 \grave{C}^1$ 37 periurat K^1 | nihil *bis* *K* 38 mendatii T^1 mendacii *β* mendaci *KE* | colere *K* 41 gaude^{n}t *K* 45 ſalo *ω* ſale *scripsi* 47 tegiſ K^1 | inm. *ω* 48 ſtabili *ci. Wakefieldius ad Lucret. V 1001* | foedera T^1

P. V] 1 delatraui *ω* deblateraui *ci. Callyus* delacrimaui *RVolkmannus, sed latrandi uerbum de curis usurpauit Statius Silu. II 1 13 Theb. II 338 alii* 3 exſulemque *T* exul. *KE* 5 nec ſciebam *K* 9 oriundo $T^1 B^1 R$ oriunduſ *KE* | reminiſcare *TE* reminiſcariſ *K* 10 aten. *E* 11 *Homeri* A^1 *204* | KOIPɑNOC T^1 KOYPɑNOC T^2 KYPɑNOC *E* KIPɑOC *K* | ЄICTIN *E* | BɑCIλ ЄIC *K*

frequentia ciuium non depulsione laetetur: cuius agi frenis atque obtemperare iustitiae summa libertas est. An ignoras illam tuae ciuitatis antiquissimam legem, qua sanctum est ei ius exulare non esse quisquis in ea sedem fundare maluerit? Nam qui uallo eius ac munimine continetur, nullus metus est, ne exul esse mereatur. at quisquis eam inhabitare uelle desierit, pariter desinit etiam mereri. Itaque non tam me loci huius quam tua facies mouet nec bybliothecae potius comptos ebore ac uitro parietes quam tuae mentis sedem requiro, in qua non libros, sed id quod libris pretium facit, librorum quondam meorum sententias collocaui. Et tu quidem de tuis in commune bonum meritis uera quidem, sed pro multitudine gestorum tibi pauca dixisti. de obiectorum tibi uel honestate uel falsitate cunctis nota memorasti. de sceleribus fraudibusque delatorum recte tu quidem strictim attingendum putasti, quod ea melius uberiusque recognoscentis omnia uulgi ore celebrentur. Increpuisti etiam uehementer iniusti factum senatus. de nostra etiam criminatione doluisti, laesae quoque opinionis damna fleuisti. Postremus aduersum fortunam dolor incanduit conquestusque non aequa meritis praemia pensari. In extremo Musae saeuientis, uti quae caelum terras quoque pax regeret, uota posuisti. Sed quoniam plurimus tibi affectum tumultus incubuit diuersumque te dolor ira maeror distrahunt, uti nunc mentis es, nondum te ualidiora remedia contingunt. Itaque lenioribus paulisper

12 laetetur *ω* laetatur *N? L*² 13 obtēpperare *E* 15 ſ/ancıtum (i *al. intrusum*) *T* ſancitum (i *al.*) *E* ſancitum *KC* | ÷/ıuſ *K* eſt eius *C* 17 exſul *E* 18 quıſ^quiſ *K* | eam inhabitare *T* inh. eam *EK* 20 bıbly°thecę *T* bibliothece *K* pı^bıothecę *E* 21 comtoſ *E* 23 quo^n dam *E* 26 tibi///honeſtate (uel *er.*) *T* 32 dampna *K* 33 aduerſum *TE* aduerſuſ *K* 34 non] n^2 *K* 35 uti quae] utiq; *K* 36 affectum *T*¹ *cf. supra p. I 31* affectuum *KE* 38 detrahunt *E* | mentis es] eſ *ex* ſe *al. c. T*

utemur, ut quae in tumorem perturbationibus influentibus induruerunt, ad acrioris uim medicaminis recipiendam tactu blandiore mollescant.

VI Cum Phoebi radiis graue
Cancri sidus inaestuat,
Tum qui larga negantibus
Sulcis semina credidit,
Elusus Cereris fide
Quernas pergat ad arbores.
Numquam purpureum nemus
Lecturus uiolas petas,
Cum saeuis aquilonibus
Stridens campus inhorruit,
Nec quaeras auida manu
Vernos stringere palmites,
Vuis si libeat frui:
Autumno potius sua
Bacchus munera contulit.
Signat tempora propriis
Aptans officiis deus
Nec, quas ipse coercuit,
Misceri patitur uices.
Sic quod praecipiti uia
Certum deserit ordinem,
Laetos non habet exitus.

VI Primum igitur paterisne me pauculis rogationibus statum tuae mentis attingere atque temptare, ut qui modus sit tuae curationis intellegam? Tu uero ar-

40 ut quae] utq. T^1K^1 42 blandiore *T* blandiori *E* blandiora K^1C | moleſcant K^1E^1

C. VI] 5 eluſuſ/cereriſ *K* 11 Neque̜raſ (c ss.) *E* 14 autumno //potiuſ *T* 15 Bacchuſ T^1E Bachuſ *K* 17 Abtant *E*

P. VI] 2 atque temptare *om.* *KC* (*in K in ras. ss.* I qualıt̃ ſe hab̄ m̃s tua) 3 ſit *om.* *E* | Et tu u (o ss.) *K*

bitratu, inquam, tuo quae uoles ut responsurum rogato. Tum illa: Huncine, inquit, mundum temerariis agi fortuitisque casibus putas, an ullum credis ei regimen inesse rationis? Atqui, inquam, nullo existimauerim modo, ut fortuita temeritate tam certa moueantur, uerum operi suo conditorem praesidere deum scio nec umquam fuerit dies qui me ab hac sententiae ueritate depellat. Ita est, inquit. nam id etiam paulo ante cecinisti, hominesque tantum diuinae exortes curae esse deplorasti. nam de ceteris, quin ratione regerentur, nihil mouebare. Pape autem uehementer ammiror, cur in tam salubri sententia locatus aegrotes. Verum altius perscrutemur: nescio quid abesse coniecto. Sed dic mihi, quoniam deo mundum regi non ambigis, quibus etiam gubernaculis regatur aduertis? Vix, inquam, rogationis tuae sententiam nosco, nedum ad inquisita respondere queam. Num me, inquit, fefellit abesse aliquid, per quod, uelut hiante ualli robore, in animum tuum perturbationum morbus inrepserit? Sed dic mihi, meministine, quis sit rerum finis, quoue totius naturae tendat intentio? Audieram, inquam, sed memoriam maeror hebetauit. At qui scis, unde cuncta processerint? Noui, inquam, deumque esse respondi. *P.* Et qui fieri potest, ut principio cognito quis sit rerum finis ignores? Verum hi perturbationum mores, ea ualentia est, ut mouere quidem loco hominem possint, conuellere autem sibique totum exstirpare non possint. Sed hoc quoque respondeas uelim, hominemne te esse meministi? Quidni, inquam, meminerim? *P.* Quid igitur homo sit, poterisne proferre? *B.* Hocine interrogas, an

5 hunccine *KC* 6 an nullum *K* 7 Et Atqui *K* 12 hominefque — deplorafti *om. K* | exortef ω 14 Pape ω | quur *T* 15 ſent$\overset{n}{e}$tıa *E* 17 deo] adõ *K*¹ 18 auertiſ *E* 21 uelud *K* | hianti *K* | robure *K*¹ 22 inr. ω 24 Audieram ω Audiueram *BC* 27 p$\overset{i}{c}$ıpıo *E* 28 hiſ (ſ *in ras.*) *K* | perturbationibuſ *K*¹*A* | morbiſ *K*² (*K*¹ *n. l.*) 29 hominem loco *K* 30 extirpare *K* 31 n$\overset{c}{e}$te *K* 33 hocine ω

esse me sciam rationale animal atque mortale? Scio et id me esse confiteor. Et illa: Nihilne aliud te esse nouisti? *B.* Nihil. *P.* Iam scio, inquit, morbi tui, aliam uel maximam causam: quid ipse sis, nosse desisti. quare plenissime uel aegritudinis tuae rationem uel aditum reconciliandae sospitatis inueni. Nam quoniam tui obliuione confunderis, et exsulem te et expoliatum propriis bonis esse doluisti. quoniam uero quis sit rerum finis ignoras, nequam homines atque nefarios potentes felicesque arbitraris. quoniam uero quibus gubernaculis mundus regatur oblitus es, has fortunarum uices aestimas sine rectore fluitare: magnae non ad morbum modo, uerum ad interitum quoque causae; sed sospitatis auctori grates, quod te nondum totum natura destituit. Habemus maximum tuae fomitem salutis ueram de mundi gubernatione sententiam, quod eam non casum temeritati, sed diuinae rationi subditam credis. Nihil igitur pertimescas. iam tibi ex hac minima scintillula uitalis calor inluxerit. Sed quoniam firmioribus remediis nondum tempus est et eam mentium constat esse naturam, ut quotiens abiecerint ueras, falsis opinionibus induantur, ex quibus orta perturbationum caligo uerum illum confundit intuitum, hanc paulisper lenibus mediocribusque fomentis attenuare temptabo, ut dimotis fallacium affectionum tenebris splendorem uerae lucis possis agnoscere.

VII Nubibus atris
Condita nullum
Fundere possunt

35 aliud te *TE* te aliud *K* 39 reč/liandę (ſ *in ras.*) *K* 40 exſulem *T* exulem *EK* | expol. ω 41 q̊m (u supra) quiſ *K* 42 hominiſ T^1 44 aeſtimaſ ω 47 ñ/dum *al. c.* *T* 47 de(ſti supra)tuit (e *ex* i, *al. c.*) *T* 49 caſum *T* caſuum *EK* 52 inl. *T* 53 non(dũ supra) *K* 54 abiecirint *E* | uera *E* 57 fo/mentiſ *T* 58 fallatiã *K* 59 uere T^1 | annoſcere *E*

Sidera lumen.
Si mare uoluens
Turbidus auster
Misceat aestum,
Vitrea dudum
Parque serenis
Vnda diebus
Mox resoluto
Sordida caeno
Visibus obstat.
Quique uagatur
Montibus altis
Defluus amnis,
Saepe resistit
Rupe soluti
Obice saxi.
Tu quoque si uis
Lumine claro
Cernere uerum,
Tramite recto
Carpere callem:
Gaudia pelle,
Pelle timorem
Spemque fugato
Nec dolor adsit.
Nubila mens est
Vinctaque frenis,
Haec ubi regnant.

C. VII] 6 turpiduſ *T*[1] 10 Vna (d *superscr.*) *al. c. T* Vunda *E* 16 Deffluuſ *E* 22 ueru *β* 28 nec timor adſit (*add. interpres:* „in DOLOR pditiſ“) *T* | adſit *ω* aſſit *β* 31 recnant *T*[1]

ANICII MANLII SEVERINI BOETII

VC. ET INL. EX CONSL. ORD. EXMAG. OFF. ATQVE PATRICII

PHILOSOPHIAE CONSOLATIONIS

LIBER PRIMVS EXPLICIT INCIPIT

LIBER II

I Post haec paulisper opticuit atque ubi attentionem meam modesta taciturnitate collegit, sic exorsa est: Si penitus aegritudinis tuae causas habitumque cognovi, fortunae prioris affectu desiderioque tabescis. ea tantum animi tui sicuti tu tibi fingis mutata peruertit. Intellego multiformes illius prodigii fucos et eo usque cum his quos eludere nititur blandissimam familiaritatem, dum intolerabili dolore confundat quos insperata reliquerit. Cuius si naturam mores ac meritum reminiscare, nec habuisse te in ea pulchrum aliquid nec amisisse cognosces, sed ut arbitror haud multum tibi haec in memoriam reuocare laborauerim. Solebas enim praesentem quoque, blandientem quoque uirilibus incessere uerbis eamque de nostro adyto prolatis insectabare sententiis. Verum omnis subita mutatio rerum

ANICII MANLII SEVERINI BOETII EXCOÑS | OR̄Ꝺ PAT̄R PHILOSOPHIE CONSOLATIONIS EXPȽ LIB̄ ·I· | INCIPIT LIB̄ SECVNDVS FELICITER *sic T* MANILII *E* | BOECII *K* | EXCONSVLIS *K* | OR·DINARII *K* | PATRICII *K* PATRI *E* | PHILOSOPHIE *E* PHILOSOPICE *K* | EXPLICIT LIB̄ PRIM' *ante* ANICII *positum K* | EXPLICT̃ *E* INCIPT̃ *E* INCIP̃ *K* | ·II· *E*

P. I] opt. *T* | adtent. *K* 2 modeſta// (ta *er.*) *K* | colligit *T*[1] | exorſa *ω* orſa *A* 4 tabeſcit *E*[1] 4 5 tantum animi tui *recte coniunxit N* ſtatum animi *G* | tantum animi tui ſtatum] ſtatum *om. ω ss. LM* affectum († ſtatum *ss.*) *A* 7 familiaritatem habere uidetur *K* 9 *re*liquerit (re *pr. postea intrusum*) *T* 10 pulcrum *E* 12 laboraberim *E* | Solabaſ (e *ss.*) *K* 13 blandientem quoque *T*[1] blandientemque *EK* 14 adyto *T* adito *E* adyt*o* (o *in r.*) *K* aditu *A*

non sine quodam quasi fluctu contingit animorum. sic factum est, ut tu quoque paulisper a tua tranquillitate descisceres. Sed tempus est haurire te aliquid ac degustare molle atque iucundum quod ad interiora transmissum ualidioribus haustibus uiam fecerit. Adsit igitur rhetoricae suadela dulcedinis quae tum tantum recto calle procedit, cum nostra instituta non deserit cumque hac musica laris nostri uernacula nunc leuiores nunc grauiores modos succinat. Quid est igitur o homo quod te in maestitiam luctumque deiecit? nouum credo aliquid inusitatumque uidisti. Tu fortunam putas erga te esse mutatum: erras. Hi semper eius mores sunt ista natura. Seruauit circa te propriam potius in ipsa sui mutabilitate constantiam. Talis erat, cum blandiebatur, cum tibi falsae inlecebris felicitatis alluderet. Deprehendisti caeci numinis ambiguos uultus. Quae sese adhuc uelat aliis, tota tibi prorsus innotuit. Si probas, utere moribus, ne queraris. Si perfidiam perhorrescis, sperne atque abice perniciosa ludentem: nam quae nunc tibi est tanti causa maeroris, haec eadem tranquillitatis esse debuisset. Reliquit enim te quam non relicturam nemo umquam poterit esse securus. An uero tu pretiosam aestimas abituram felicitatem? et cara tibi est fortuna praesens nec manendi fida et cum discesserit allatura maerorem. Quod si nec ex arbitrio retineri potest et calamitosos fugiens facit, quid est aliud fugax quam futurae quoddam calamitatis indi-

18 deſciſcerıſ T de//ıſcereſ (ſc *er.*) E diſceſſeriſ K diſcedereſ A | aliquod E^1 19 iuc. T^1 ioc T^2EK 20 adſit TK aſſit E 21 rhet. E reth. TK | quaecum T^1 | recta *sed pr. c.* E 23 hanc T^1 | m[u]ıſı*ca* (u *ss. m. ant.*, ca *in ras.*) T | uernacula ω 24 Quid igitur eſt K 25 meſt. T 28 ſeruabit T | ipſa *ex* ipſi T 29 motabilitate E^1 30 inl. TK 31 ceci T | nominiſ T 32 prob[a]ıſ E 33 quaerariſ T^1 | perfidiam TK perfidam $E?A$ | perorreſcis E 34 ſpernae T^1 | pernitioſe E pernitio*ſa*ludente (oſa *in r.*) K 35 cauſa tanti A 36 Reliquid E 37 an tu uero A 38 aeſtimeſ K | habituram T

cium? Neque enim quod ante oculos situm est, suffecerit intueri: rerum exitus prudentia metitur eademque in alterutro mutabilitas nec formidandas fortunae minas nec exoptandas facit esse blanditias. Postremo aequo animo toleres oportet quidquid intra fortunae aream geritur, cum semel iugo eius colla summiseris. Quod si manendi abeundique scribere legem uelis ei quam tu tibi dominam sponte legisti, nonne iniurius fueris et inpatientia sortem exacerbes quam permutare non possis? Si uentis uela committeres, non quo uoluntas peteret, sed quo flatus impellerent, promoueres: si aruis semina crederes, feraces inter se annos sterilesque pensares. Fortunae te regendum dedisti, dominae moribus oportet obtemperes. Tu uero uoluentis rotae impetum retinere conaris? At omnium mortalium stolidissime, si manere incipit, fors esse desistit.

I Haec cum superba uerterit uices dextra,
Exaestuantis more fertur Euripi.
Dudum tremendos saeua proterit reges
Humilemque uicti subleuat fallax uultum.
Non illa miseros audit aut curat fletus
Vltroque gemitus, dura quos fecit, ridet.
Sic illa ludit, sic suas probat uires
Magnumque * suis monstrat ostentum, si quis
Visatur una stratus ac felix hora.

II Vellem autem pauca tecum fortunae ipsius uerbis agitare. Tu igitur an ius postulet, animaduerte.

43 ſufficerit *ω* ſuffecerit *N* 47 tollereſ *T* | quidquid *T*[1] quicq. *EK* 48 ſubm. *K* 49 ſi *om. E* 50 legiſti *ω* elegiſti *A* 51 et in inp. *K* | inp. *TK* | exacerbeſ *TK* exacerbaſ *E* exacerbabiſ *A* 53 inp. *K* 58 diſiſtit *T*[1]

C. I] 2 Et aeſt. *ω* Exeſt. *β? B? GN* euripi *ex* eurapi *K* 6 Uitroque *K*[1] 7 ludum *β* 8 Magnumque ſuiſ *ω* Suique magnum *ci. Vallinus* Suisque magnum *Obbarius* Dignumque riſu *CBarthius* Magnumque ſaeclis *Askewius, fort.* uiſu *pro* ſuis *leg.* *uerba* ſi quis *u. 9 praefixa T*[1]*β*

9 Viſatǒr *E* | ora *K*

„Quid tu homo ream me cotidianis agis querelis: quam tibi fecimus iniuriam? quae tua tibi detraximus bona? quouis iudice de opum dignitatumque mecum possessione contende. Et si cuiusquam mortalium proprium quid horum esse monstraueris, ego iam tua fuisse quae repetis, sponte concedam. Cum te matris utero natura produxit, nudum rebus omnibus inopemque suscepi, meis opibus foui et quod te nunc inpatientem nostri facit, fauore prona indulgentius educaui, omnium quae mei iuris sunt, affluentia et splendore circumdedi. Nunc mihi retrahere manum libet: habes gratiam uelut usus alienis, non habes ius querelae tamquam prorsus tua perdideris. Quid igitur ingemescis? nulla tibi a nobis est allata uiolentia. Opes honores ceteraque talium mei sunt iuris. dominam famulae cognoscunt, mecum ueniunt, me abeunte discedunt. Audacter adfirmem, si tua forent quae amissa conquereris nullo modo perdidisses. An ego sola meum ius exercere prohibebor? Licet caelo proferre lucidos dies eosdemque tenebrosis noctibus condere, licet anno terrae uultum nunc floribus frugibusque redimire nunc nimbis frigoribusque confundere. Ius est mari nunc strato aequore blandiri nunc procellis ac fluctibus inhorrescere. Nos ad constantiam nostris moribus alienam inexpleta hominum cupiditas alligabit? Haec nostra uis est, hunc continuum ludum ludimus: rotam uolubili orbe uersamus, infima summis summa infimis mutare gaudemus. Ascende si placet, sed ea lege, ne uti cum ludicri mei ratio poscet, descendere iniuriam putes. An tu mores igno-

P. II] 3 cotidianis ω | quaerelis *T* 4 tibi tua *K* 5 quoduıſ *K*[1] 10 inp. ω 11 et omnium *A* 12 iuris ſunt ω | afluentia *T* | ſpendore *E* 14 quaerelę *T* 15 ingemeſciſ ω 18 adfirmen (em *al. c.*) *T* affirmem *E* affirmarem *A* 19 conquaereris *T* 21 tenebriſ *K* 22 notibuſ *T* noctiſ *K* 23 redimere *T* redimere *in ras. K* 25 inhoreſcere *K* 27 allegauit *T* alligauit *E* | hunc cont.] *litt.* hunc co *in ras.*? *T* 28 ludimur *T* 29 ſummiſ *om. E* ſumiſ *K* 30 ne uti ω uti ne *Vallinus* 31 poſſet *K*

rabas meos? Nesciebas Croesum regem Lydorum Cyro paulo ante formidabilem mox deinde miserandum rogi flammis traditum misso caelitus imbre defensum? Num te praeterit Paulum Persi regis a se capti calamitatibus pias inpendisse lacrimas? Quid tragoediarum clamor aliud deflet nisi indiscreto ictu fortunam felicia regna uertentem? Nonne adulescentulus ΔΟΙΟΥϹ ΠΙΘΟΥϹ ΤΟΝ ΜΕΝ ΕΝΑ ΚΑΚΩΝ ΤΟΝ ΔΕ ΕΤΕΡΟΝ ΕΑΩΝ in Iouis limine iacere didicisti? Quid si uberius de bonorum parte sumpsisti? quid si a te non tota discessi? quid si haec ipsa mei mutabilitas iusta tibi causa est sperandi meliora? Tamen ne animo contabescas et intra commune omnibus regnum locatus proprio uiuere iure desideres:

II Si quantas rapidis flatibus incitus
Pontus uersat harenas
Aut quot stelliferis edita noctibus
Caelo sidera fulgent,
Tantas fundat opes nec retrahat manum
Pleno copia cornu,

32 lidorum *TE* 33 „miſerandum!“ *Burmannus ad Anth. lat. I p. 196* 34 flammaſ *T'* 35 a ſe] ſ *in ras. E* | *Liuius XLV 7. 8. Victor de uiris inlustr. LVI* 36 inp. *TK* | trago ediarum *T* 37 regna *om. K* 38 aduliſcentuluſ *T* (*pr. c.*) | „**nonne aduleſcentuluſ** duaſ urnaſ ex altera iuſtificatuſ. ex altera male contempnatuſ duo dolea ſig̃f aduerſitatem et proſperitatem a fortuna eſſe inlata. Ideo dixit·ı· eſſe malum alterum bonum ΔΥΟΥϹ“ *et q. s. E* | ΔΥΟΥϹ ω δύο τοὺϲ *in nullo libro extat. scripsi* δοιοὺϲ | ΠΙΘΥϹ *K* 39 ΤΟΝΜΕΝΕΚΛ · ΚΟΝ · ЄΜꝺ · ΤΟΝλЄ · &ЄΡΟΝ *K* | ΚΛΚΟΝ *E* | ΤΟΝ//ΔЄ (ΔЄ *mg. al., post* ΤΟΝ *rasura*) *T* | Єꝺωᴺ *T* Κꝺλων *K* ΚΛλων *E* | *Homeri Ω 527 528 δοιοὶ* γάρ τε *πί-θοι* κατακείαται ἐν Διὸϲ οὔδει δώρων οἷα δίδωϲι, *κακῶν ἕτερον δὲ ἑάων.* 42 tibi *om. K*[1] 44 proprio uiuere
iure
iure deſidereſ *T* pr. iure deſ. uiuere *E* proprio uiuere deſidereſ *K*

C. II] 1 rabidiſ *E* 3 aedita *T*

Humanum miseras haud ideo genus
  Cesset flere querellas.
Quamuis uota libens excipiat deus
  Multi prodigus auri
Et claris auidos ornet honoribus,
  Nil iam parta uidentur:
Sed quaesita uorans saeua rapacitas
  Alios pandit hiatus.
Quae iam praecipitem frena cupidinem
  Certo fine retentent,
Largus cum potius muneribus fluens
  Sitis ardescit habendi?
Numquam diues agit qui trepidus gemens
  Sese credit egentem."

III His igitur si pro se tecum fortuna loqueretur, quid profecto contra hisceres non haberes, aut si quid est quo querelam tuam iure tuearis, proferas oportet. dabimus dicendi locum. Tum ego: Speciosa quidem ista sunt inquam oblitaque rhetoricae ac musicae melle dulcedinis; tum tantum, cum audiuntur, oblectant. sed miseris malorum altior sensus est. itaque cum haec auribus insonare desierint, insitus animum maeror praegrauat. Et illa: Ita est, inquit. haec enim nondum morbi tui remedia sed adhuc contumacis aduersum curationem doloris fomenta quaedam sunt. Nam quae in profundum sese penetrent, cum tempestiuum fuerit,

7 haud//ıdeo *al. c. ex* haudi deo *T* 8 ceſſe[t] *pr. c. T* | querellas *T* quęrelas *K* querelas *E* 12 parte[a] *pr. c. T* 14 Alioſ *ωβ* 17 Larguſ *TK^1β pr.* Largiſ *E?* 18 Sıtıſ[ı a] *K* 19 dıue ſ,agıt (ſ,a *in ras.*) *K* | quı,tr.[N] *al. c. T* 20 credite gentem *T^1*

P. III] 3 quęrelam *T* 4 ego *om. E* 5 rethor. *ω* | miſicae *T^1* | mellea dulcedine *ci. Wakefieldius ad Lucr. III 948* 7 artior *E* | contumacıſ[e] *al. c. T* 11 curationum *T* curationem (em *in ras.*) *K* | dolorıſ[e] *al. c. T* dolorıſ (iſ *in ras.*) *K*

ammouebo. Verumtamen ne te existimari miserum uelis, an numerum modumque tuae felicitatis oblitus es? Taceo quod desolatum parente summorum te uirorum cura suscepit delectusque in affinitatem principum ciuitatis, quod pretiosissimum propinquitatis genus est, prius carus quam proximus esse coepisti. Quis non te felicissimum cum tanto splendore socerorum, cum coniugis pudore, cum masculae quoque prolis oportunitate praedicauit? Praetereo, libet enim praeterire communia, sumptas in adulescentia negatas senibus dignitates: ad singularem felicitatis tuae cumulum uenire delectat. Si quis rerum mortalium fructus ullum beatitudinis pondus habet, poteritne illius memoria lucis quantalibet ingruentium malorum mole deleri? cum duos pariter consules liberos tuos domo prouehi sub frequentia patrum sub plebis alacritate uidisti, cum eisdem in curia curules insidentibus tu regiae laudis orator ingenii gloriam facundiaeque meruisti, cum in circo duorum medius consulum circumfusae multitudinis expectationem triumphali largitione satiasti. Dedisti ut opinor uerba fortunae, dum te illa demulcet, dum te ut delicias suas fouet. Munus quod nulli umquam priuato commodauerat, abstulisti. Visne igitur cum fortuna calculum ponere? Nunc te primum liuenti oculo praestrinxit. Si numerum modumque laetorum tristiumue consideres, adhuc te felicem negare non possis. Quod si idcirco te fortunatum esse non aestimas, quoniam quae tunc laeta uidebantur abierunt, non est quod

13 amouebo *T* *ad*mouebo (ad *in ras.*) *K* **adincipiam aliquid medicinae tibi ſubminiſtrare mouebo** *E* 16 d*i*lectuſque (i *in ras.*) *K* | afinitate *K* 18 Quiſ non *T* Quiſ ^te^ non te *EK?* 20 tum] cum *E* | oport. *ω* 22 aduliſc. *K* 24 Si quiſ enim rerum *A* 26 quanta ingr. (libet *ss.*) *K* 29 in curia////curu*leſ* (*post* curia *er.* in, leſ *in ras.*, *ss.* conſuleſ) *K* | inſid/entib; (i *er.*) *K* 30 facundia equae T^1 31 conſulũ *K* conſ̃ſ *TE* 33 tum te T^1 36 Nunc ^te^ primum *T* | libenti T^1K^1 37 praeſtrixit *K* 39 aeſtimaſ *TK* eſtimeſ *E*

te miserum putes, quoniam quae nunc creduntur maesta praetereunt. An tu in hanc uitae scaenam nunc primum subitus hospesque uenisti? ullamne humanis rebus inesse constantiam reris, cum ipsum saepe hominem uelox hora dissoluat? Nam etsi rara est fortuitis manendi fides, ultimus tamen uitae dies mors quaedam fortunae est etiam manentis. Quid igitur referre putas, tune illam moriendo deseras an te illa fugiendo?

III Cum polo Phoebus roseis quadrigis
Lucem spargere coeperit,
Pallet albentes hebetata uultus
Flammis stella prementibus.
Cum nemus flatu zephyri tepentis
Vernis inrubuit rosis,
Spiret insanum nebulosus auster:
Iam spinis abeat decus.
Saepe tranquillo radiat sereno
Immotis mare fluctibus,
Saepe feruentes aquilo procellas
Verso concitat aequore.
Rara si constat sua forma mundo,
Si tantas uariat uices,
Crede fortunis hominum caducis,
Bonis crede fugacibus.
Constat aeterna positumque lege est,
Vt constet genitum nihil.

IIII Tum ego: Vera, inquam, commemoras o uirtutum omnium nutrix nec infitiari possum prosperitatis

41 nucreduntur (u *ex* ū) *K* 42 ſcaenam *E* 43 ſubitoſ *K* 45 diſſolua//t (n *er.*) *T* 47 puteſ T^1
C. III] 1 poli *ci. Wakefieldius ad Lucret. II 143* 2 cęperit *β* 4 prementıb; *m. pr. in ras. E* 6 inr. *TK* 8 //abeat *T* uu. 11 12 *imo in mg. postea add. K* 11 Sape *T* 15 for//tuniſ *T* 16 Boniſ *ω β*? Doniſ T^2A | fugatibuſ (t *ex* c) *K* 18 conſtat *E*
P. IIII] 2 infit. *TE*

meae uelocissimum cursum. Sed hoc est quod recolentem uehementius coquit. Nam in omni aduersitate fortunae infelicissimum est genus infortunii fuisse felicem. Sed quod tu, inquit, falsae opinionis supplicium luas, id rebus iure imputare non possis. Nam si te hoc inane nomen fortuitae felicitatis mouet, quam pluribus maximisque habundes mecum reputes licet. Igitur si quod in omni fortunae tuae censu pretiosissimum possidebas, id tibi diuinitus inlaesum adhuc inuiolatumque seruatur, poterisne meliora quaeque retinens de infortunio iure causari? Atqui uiget incolumis illud pretiosissimum generis humani decus Symmachus socer et quod uitae pretio non segnis emeres, uir totus ex sapientia uirtutibusque factus suarum securus tuis ingemescit iniuriis. Viuit uxor ingenio modesta pudiciti*a* pudore praecellens et ut omnes eius dotes breuiter includam patri similis. uiuit inquam tibique tantum uitae huius exosa spiritum seruat quoque uno felicitatem minui tuam uel ipsa concesserim, tui desiderio lacrimis ac dolore tabescit. Quid dicam liberos consulares quorum iam ut in id aetatis pueris uel paterni uel auiti specimen elucet ingenii? Cum igitur praecipua sit mortalibus uitae cura retinendae, o te si tua bona cognoscas felicem cui suppetunt etiam nunc quae uita nemo dubitat esse cariora. Quare sicca iam lacrimas. nondum est ad unum omnes exosa fortuna nec tibi nimium ualida tempestas incubuit, quando tenaces haerent ancorae quae nec praesentis solamen nec

5 genuſ eſt *A* | felicem fuiſſe *E* 6 inquid *K* 7 luiſ *A* | inp. *K* | nam *om.* *K*[1] 8 pluribuſ *TK* plurimiſ *E* 9 que (e *in ras.*) *T* | habundeſ *T* 11 inl. *TK* | aduc *E* 13 incolomiſ *K* 14 ſimmachus *T* ſymmacuſ *K* | et quod] quod et *ci.* *CBarthius* 15 uır//totuſ *T* | ex ω 16 -quae *T* | ingemeſcit ω 17 pudicitiae ω *delere studet RVolkmannus* pudicitia *scripsi cum R cf. Cic. in Catil. II 11, 25* 18 ut *om.* *E* | doteſ eiuſ *A* 19 tibiquę *T* 20 una *ex* uno *K* | Et fortuna *mg. in ras. add.* *K* | felicitate/// (m *er.*) *K* 23 ut id (in *supra*) *K* | pat̄nı uel *postea add.* *E* 30 herent *T* | anchore *KE* | preſentis *T*

futuri spem temporis abesse patiantur. Et haereant inquam precor. illis namque manentibus, utcumque se res habeant, enatabimus. Sed quantum ornamentis nostris decesserit, uides. Et illa: Promouimus, inquit, aliquantum, si te nondum totius tuae sortis piget. sed delicias tuas ferre non possum qui abesse aliquid tuae beatitudini tam luctuosus atque anxius conqueraris. Quis est enim tam conpositae felicitatis, ut non aliqua ex parte cum status sui qualitate rixetur? Anxia enim res est humanorum condicio bonorum et quae uel numquam tota proueniat uel numquam perpetua subsistat. Huic census exuberat, sed est pudori degener sanguis. hunc nobilitas notum facit, sed angustia rei familiaris inclusus esse mallet ignotus. Ille utroque circumfluus uitam caelibem deflet. ille nuptiis felix orbus liberis alieno censum nutrit heredi. Alius prole laetatus filii filiaeue delictis maestus inlacrimat. Idcirco nemo facile cum fortunae suae condicione concordat. inest enim singulis, quod inexpertus ignoret, expertus exhorreat. Adde quod felicissimi cuiusque delicatissimus sensus est et nisi ad nutum cuncta suppetant, omnis aduersitatis insolens minimis quibusque prosternitur. adeo perexigua sunt quae fortunatissimis beatitudinis summam detrahunt. Quam multos esse coniectas qui sese caelo proximos arbitrentur, si de fortunae tuae reliquiis pars eis minima contingat? Hic ipse locus quem tu exilium uocas, incolentibus patria est. adeo nihil est miserum nisi cum putes contraque beata sors omnis est aequanimitate tolerantis. Quis est ille tam

31 hereant T^1 32 utcunque *E* 34 inquid *K* 35 aliquantum ω aliquantulum *nescio quis* | totiuſ///tuę *E* 36 diliciaſ T^1 37 atque *s. add. ant. T* 38 conp. *T* 40 condicio *T* 41 pp//etua *K* 42 43 exuberat sed anguſtia, (*uerba* sed eſt *usque ad* facit *mg. al.*) *E* 43 familiari// (ſ *in ras.*) *T* 45 nuptiſ *K* 46 l&atus *T* 47 pro delictiſ *K* dilectiſ *T* | inl. ω 49 ignoret et expertuſ *EKA* et *om. T alii* 57 Adeo] Meo *ni f. K* 58 niſi tu cum putaſ *E* puteſ *in ras. K* 59 equan. T^1

felix qui cum dederit inpatientiae manus, statum suum mutare non optet? Quam multis amaritudinibus humanae felicitatis dulcedo respersa est. quae si etiam fruenti iucunda esse uideatur, tamen quo minus cum uelit abeat, retineri non possit. Liquet igitur quam sit mortalium rerum misera beatitudo quae nec apud aequanimos perpetua perdurat nec anxios tota delectat. Quid igitur o mortales extra petitis intra uos positam felicitatem? error uos inscitiaque confundit. Ostendam breuiter tibi summae cardinem felicitatis. Estne aliquid tibi te ipso pretiosius? Nihil inquies. Igitur si tui compos fueris, possidebis quod nec tu amittere umquam uelis nec fortuna possit auferre. atque ut cognoscas in his fortuitis rebus beatitudinem constare non posse, sic collige. Si beatitudo est summum naturae bonum ratione degentis nec est summum bonum quod eripi ullo modo potest, quoniam praecellit id quod nequeat auferri: manifestum est, quin ad beatitudinem percipiendam fortunae instabilitas adspirare non possit. Ad haec quem caduca ista felicitas uehit, uel scit eam uel nescit esse mutabilem. Si nescit, quaenam beata sors esse potest ignorantiae caecitate? si scit, metuat necesse est, ne amittat quod amitti posse non dubitat. quare continuus timor non sinit esse felicem. An uel si amiserit, neglegendum putat? sic quoque perexile bonum est quod aequo animo feratur amissum. et quoniam tu idem es cui persuasum atque insitum permultis demonstrationibus scio mentes hominum nullo modo esse mortales cumque clarum sit fortuitam felicitatem corporis morte finiri: dubitari ne-

60 inp. *ω* 63 iuc. *T* ıoc. *EK* 64 //abeat *T* | retinere *T*¹ 66 delectet *K* 68 inſciaquę *K* inſcitia/que (t *er.*) *T* 69 ſumme *T*¹ 71 amiterē *K* ammittere *T*¹*E* 72 unquam *E* | aufferre *E* | cognoſcaſ *T* agnoſcaſ *EK* 76 pręcelit *E*¹ 78 adſp. *TK* aſp. *E* 78 79 non poſſit *ω* non *del.* *Obbarius* 79 adhuc *T*¹ 81 poteſt eſſe *E* 84 an uel ſi *T*¹*K* an uel (*om.* ſi) *E* uel ſi *G* an ſi *A* 86 perſua//ſum (ſu *er.*) *K*

quit, si haec afferre beatitudinem potest, quin omne mortalium genus in miseriam mortis fine labatur. Quod si multos scimus beatitudinis fructum non morte solum uerum etiam doloribus suppliciisque quaesisse, quonam modo praesens facere beatos potest quae miseros transacta non efficit?

IIII Quisquis uolet perennem
Cautus ponere sedem
Stabilisque nec sonori
Sterni flatibus euri
Et fluctibus minantem
Curat spernere pontum,
Montis cacumen alti,
Bibulas uitet harenas.
Illud proteruus auster
Totis uiribus urget,
Hae pendulum solutae
Pondus ferre recusant.
Fugiens periculosam
Sortem sedis amoenae
Humili domum memento
Certus figere saxo.
Quamuis tonet ruinis
Miscens aequora uentus,
Tu conditus quieti
Felix robore ualli,
Duces serenus aeuum
Ridens aetheris iras.

V Sed quoniam rationum iam in te mearum fomenta descendunt, paulo ualidioribus utendum puto.

90 afferre *TEA* auferre *K?* 91 mıſeram *E* 94 praeſens uita *KC* (praeſens fortuna *A*) uita *om.* *TE*

C. IIII] 5 Fluctuſ atq; minantem *K*[1] 8 uitat *T*[1] 12 ferrecuſant *T*[1] 13 per riculoſam *E* 14 amene *K* amonę *β* 17 thonet *K*

Age enim si iam caduca et momentaria fortunae dona non essent, quid in eis est, quod aut uestrum umquam fieri queat aut non perspectum consideratumque uilescat? Diuitiaene uel uestra uel sui natura pretiosae sunt? quid earum potius aurumne ac uis congesta pecuniae? atqui haec effundendo magis quam coaceruando melius nitent: si quidem auaritia semper odiosos claros largitas facit. Quod si manere apud quemque non potest quod transfertur in alterum, tunc est pretiosa pecunia, cum translata in alios largiendi usu desinit possideri. At eadem si apud unum quanta est ubique gentium congeratur, ceteros sui inopes fecerit: et uox quidem tota pariter multorum replet auditum, uestrae uero diuitiae nisi comminutae in plures transire non possunt. quod cum factum est, pauperes necesse est faciant quos relinquunt. O igitur angustas inopesque diuitias quas nec habere totas pluribus licet et ad quemlibet sine ceterorum paupertate non ueniunt. An gemmarum fulgor oculos trahit? Sed si quid est in hoc splendore praecipui, gemmarum est lux illa non hominum: quas quidem mirari homines uehementer ammiror. quid est enim carens animae motu atque compage quod animatae rationabilique naturae pulchrum esse iure uideatur? quae tametsi conditoris opera suique distinctione postremo aliquid pulchritudinis trahunt, infra uestram tamen excellentiam conlocatae ammirationem uestram nullo modo merebantur. An uos agro-

5 per fectum *E* (ſpe *ss. al.*) 6 ueſtrae *T*[1] ueſtra *EK* 7 ac bıſ *TM.* ac hiſ *EC*[1] (h *in* u *corr. al.*) an hiſ *B* aut uiſ *AT rec. m.* an uiſ *K?* | congeſta *TE* congeſtae *K?* | pecuniae *E*[1] 10 fẹcıt (a *ss.*) *K* | quæmq, *T* quemq; *EA* quē// (q *ss.*) *K* quemquam *C?* 15 pariter *c. ex* partes *uel* partem *K* 16 implureſ *E* | tranſſire *E* 18 quo///rel. (ſ *fort. non pr. m.*) *T* 22 prẹcıpı|ιῦ (ıῦ *mg. al.*) *T* praecipuum *A* 25 conpage *K* 26 ſuı/q. (ı *rec.*, ſ *er.*) *T* 27 poſtremo *T*[1] poſtreme (e *ex c.*) *K* poſtrem/e (o *er.?*) *B* poſtremę *CE?* 28 collocate (l *in ras. al.*) *T*[2] conl. *K*

rum pulchritudo delectat — quidni? est enim pulcherrimi operis pulchra portio. sic quondam sereni maris facie gaudemus: sic caelum sidera lunam solemque miramur — num te horum aliquid attingit, num audes alicuius talium splendore gloriari? an uernis floribus ipse distingueris aut tua in aestiuos fructus intumescit ubertas? Quid inanibus gaudiis raperis? quid externa bona pro tuis amplexaris? numquam tua faciet esse fortuna quae a te natura rerum fecit aliena. Terrarum quidem fructus animantium procul dubio debentur alimentis. sed si, quod naturae satis est, replere indigentiam uelis, nihil est quod fortunae affluentiam petas. paucis enim minimisque natura contenta est: cuius satietatem si superfluis urgere uelis, aut iniucundum quod infuderis fiet aut noxium. Iam uero pulchrum uariis fulgere uestibus putas: quarum si grata intuitu species est, aut materiae naturam aut ingenium mirabor artificis. An uero te longus ordo famulorum facit esse felicem? qui si uitiosi moribus sint, perniciosa domus sarcina et ipsi domino uehementer inimica: sin uero probi, quonam modo in tuis opibus aliena probitas numerabitur? Ex quibus omnibus nihil horum quae tu in tuis conputas bonis tuum esse bonum liquido monstratur. Quibus si nihil inest appetendae pulchritudinis, quid est quod uel amissis doleas uel laeteris retentis? quod si natura pulchra sunt, quid id tua refert? nam haec per se a tuis quoque opibus sequestrata placuissent. Neque enim idcirco sunt pretiosa, quod in tuas uenere diuitias, sed quoniam pretiosa uidebantur, tuis ea diuitiis annumerare maluisti. Quid autem tanto fortunae strepitu desideratis? Fugare

33 adtingit *K* 36 uber/τaſ (τ *al.*, a *er.?*) *T* 41 afluentiam *T* 43 ſaciet. *T* | urguere *E* | iniuc. *T* inioc. *EK* 46 ſpecieſ aut (eſt *om.*) *K* 47 longoſ T^1 48 pernitioſa ω 49 ſartina *E* 52 conp. *T* 53 ineſt] in *om.* *E* 57 Nq; (ec) &enım *E* 60 deſideratāſ (1) *K*

credo indigentiam copia quaeritis. atqui hoc uobis in contrarium cedit. pluribus quippe amminiculis opus est ad tuendam pretiosae supellectilis uarietatem: uerumque illud est permultis eos indigere qui permulta possideant contraque minimum qui abundantiam suam naturae necessitate non ambitus superfluitate metiantur. Itane autem nullum est proprium uobis atque insitum bonum, ut in externis ac sepositis rebus bona uestra quaeratis? sic rerum uersa condicio est, ut diuinum merito rationis animal non aliter sibi splendere nisi inanimatae supellectilis possessione uideatur? Et alia quidem suis contenta sunt, uos autem deo mente consimiles ab rebus infimis excellentis naturae ornamenta captatis nec intellegitis quantam conditori uestro faciatis iniuriam. ille genus humanum terrenis omnibus praestare uoluit, uos dignitatem uestram infra infima quaeque detruditis. Nam si omne cuiusque bonum eo cuius est constat esse pretiosius, cum uilissima rerum uestra bona esse iudicatis, eisdem uosmet ipsos uestra existimatione summittitis, quod quidem haud inmerito cadit. Humanae quippe naturae ista condicio est, ut tum tantum ceteris rebus, cum se cognoscit, excellat, eadem tamen infra bestias redigatur, si se nosse desierit. nam ceteris animantibus sese ignorare naturae est, hominibus uitio uenit. Quam uero late patet uester hic error qui ornari posse aliquid ornamentis

D 62 admin. *E* 62 63 opuſ eſt] *hinc D initium capit.* 63 ſup[pel]lectılıſ (*ant. c.*) *T* ſuperlectilis *D*[1] ſubpellectiliſ *K* ſupell. *E* 65 mımum *D* | ſuam *om. E*[1] 69 condicio *DK* 71 ſuppell. *K* 73 ab *TEK* a *D?* 74 nec *ω* 75 humanum terreniſ *bis scriptum erat D* 77 omne quod cuiuſque *DEA* omne cuiuſque (*om.* quod) *TK* 77 78 bonum eo cuiuſ *TK* bonum ideo cuiuſ *D* bonum//eo cuiuſ *C* bonum q̧d eo cuiuſ *A* bonum quod eo cuiuſ *Obbarius* bonum eſt.//eo cuiuſ *E* bonum eſt eo c. *M* bonum eſt ëo (*in mg.* ïd *al. add.*) *L* 80 ſummititiſ *K* | inm. *TEK* 81 condicio *D* 81 82 ut tum t// (an̄ *aut* am̄ *er.*) *E* 82 cum *pr. ss. D* 83 ſi ſeſe *E* 84 85 naturae eſt *TDC* natura eſt *EK?*

existimatis alienis? At id fieri nequit. nam si quid ex appositis luceat, ipsa quidem quae sunt apposita laudantur, illud uero his tectum atque uelatum in sua nihilo minus foeditate perdurat. Ego uero nego ullum esse bonum, quod noceat habenti. Num id mentior? Minime inquis. Atqui diuitiae possidentibus persaepe nocuerunt, cum pessimus quisque eoque alieni magis auidus quidquid usquam auri gemmarumque est se solum qui habeat dignissimum putat. Tu igitur qui nunc contum gladiumque sollicitus pertimescis, si uitae huius callem uacuus uiator intrasses, coram latrone cantares. O praeclara opum mortalium beatitudo quam cum adeptus fueris securus esse desistis.

V Felix nimium prior aetas
Contenta fidelibus aruis
Nec inerti perdita luxu,
Facili quae sera solebat
Ieiunia soluere glande.
Non bacchica munera norant
Liquido confundere melle
Nec lucida uellera Serum
Tyrio miscere ueneno.
Somnos dabat herba salubres
Potum quoque lubricus amnis
Vmbras altissima pinus.
Nondum maris alta secabat

87 ſi quiſ T^1 89 tecum *ant. c.* T 90 nihil hominuſ KE^1 93 peſſimiſ (*pr. c.?*) D 94 quidquid T^1D quicq. EK | -quae T^1 96 ſollıcıtum (*pr. c.?*) T 97 huiſ (*pr. c.*) D

C. V] 1 prio E | etas T | *post u.* 3 *al. u.* 18 *intrusit* β^2 4 quae.ra (*pr. c.*) D | quae] q; K que β^2 5 clande K grande T^1 g/ande E 6 bachica $E\beta$ | noran/ E (*er.* τ) norunt D 8 uellere D^1 9 tirio T 12 umbriſ β^1 umbra β^2 13 alta/ſec. T | ſecabat ω

Nec mercibus undique lectis
Noua litora uiderat hospes.
Tunc classica saeua tacebant
Odiis neque fusus acerbis
Cruor horrida tinxerat arua.
Quid enim furor hosticus ulla
Vellet prior arma mouere,
Cum uulnera saeua uiderent
Nec praemia sanguinis ulla?
Vtinam modo nostra redirent
In mores tempora priscos.
Sed saeuior ignibus Aetnae
Feruens amor ardet habendi.
Heu primus quis fuit ille
Auri qui pondera tecti
Gemmasque latere uolentes
Pretiosa pericula fodit?

VI Quid autem de dignitatibus potentiaque disseram qua uos uerae dignitatis ac potestatis inscii caelo exaequatis? quae si in improbissimum quemque ceciderunt, quae flammis Aetnae eructuantibus, quod diluuium tantas strages dederint? Certe, uti meminisse te arbitror, consulare imperium, quod libertatis principium fuerat, ob superbiam consulum uestri ueteres abolere cupiuerunt qui ob eandem superbiam prius regium de ciuitate nomen abstulerant. At si quando,

15 littora β^2 16 tun (c supra) D | glaſſica E claſica $D^1K\beta^2$ | ſeua T 17 feſuſ (v supra) E 18 tincxerat T 19 enim *om.* E^1 21 uiderent ω 23 riderent β^1 24 Immoreſ T hoſ in moreſ $K\beta^1$ 25 aethnae $EK\beta$ 27 qui fuit T^1 quiſ *om.* D 30 pericla β^1

P. VI] 2 qua TE quae (*sed* e *ex c.*) K quaſ D? 3 ceciderunt T^1D^1 ceciderˉ K ceciderint E 4 quae incendia flammiſ AN incendia *om.* ω | Aetnae T aetna/ (e *er.*) D æthnæ E ethnę K Aetna *Vallinus ci.* | eructuantibuſ T^1DK eructantibuſ E | dıluuıı (*ultimum* ı *in ras.*) K

quod perrarum est, probis deferantur, quid in eis aliud quam probitas utentium placet? ita fit, ut non uirtutibus ex dignitate sed ex uirtute dignitatibus honor accedat. Quae uero est ista uestra expetibilis ac praeclara potentia? nonne o terrena animalia consideratis, quibus qui praesidere uideamini? Nunc si inter mures uideres unum aliquem ius sibi ac potestatem prae ceteris uindicantem, quanto mouereris cachinno? quid uero, si corpus spectes, inbecillius homine repperire queas quos saepe muscularum quoque uel morsus uel in secreta quaeque reptantium necat introitus? Quo uero quisquam ius aliquod in quempiam nisi in solum corpus et quod infra corpus est, fortunam loquor, possit exserere? num quidquam libero imperabis animo? num mentem firma sibi ratione cohaerentem de statu propriae quietis amouebis? Cum liberum quendam uirum suppliciis se tyrannus adacturum putaret, ut aduersum se factae coniurationis conscios proderet, linguam ille momordit atque abscidit et in os tyranni saeuientis abiecit: ita cruciatus, quos putabat tyrannus materiam crudelitatis, uir sapiens fecit esse uirtutis. Quid autem est quod in alium facere quisque possit, quod sustinere ab alio ipse non possit? Busiridem accipimus necare hospites solitum ab Hercule hospite fuisse mactatum. Regulus plures Poenorum bello captos in uincla coniecerat, sed mox ipse uictorum catenis manus praebuit. Vllamne igitur eius hominis

13 eſt *om.* D^1 14 conſideratalſ *D* 15 Num ſi *D* Nun ſi *E* nunc ſi *TK* 16 uiderıſ T^1 | aliquam D^1 | /ac (h *er.*) *T* 17 uindic. *ω* achınno (*pr. c.*) *E* 18 inueciliuſ TD^1 Impecillius *E* | homini *E* | repperire *TDE* rep. *K* 20 introitıς *K* 23 exſerere *TDK* exercere *E* | quidquam DT^1E quicq. *K* 24 choerentē *TK* 25 ammoueƀ *K* 26 uirum] *Zenonem: uid. Diog. Laert.* ϑ *27* | tyrannoſ *D* | pataret *D* 31 facere quiſque *ω* quiſquam *nouicii* 32 Buſ.] *Seneca Herc. I 488* | accipimuſ T^1DK accepimuſ *E* 33 ercule *K* 34 reguloſ T^1 | capteſ (*pr. c.*) *D* 35 uincla *TDKA* uincula *E*

potentiam putas, qui quod ipse in alio potest, ne id in se alter ualeat, efficere non possit? Ad haec si ipsis dignitatibus ac potestatibus inesset aliquid naturalis ac proprii boni, numquam pessimis prouenirent. neque enim sibi solent aduersa sociari. natura respuit, ut contraria quaeque iungantur. Ita cum pessimos plerumque dignitatibus fungi dubium non sit, illud etiam liquet natura sui bona non esse quae se pessimis haerere patiantur. quod quidem de cunctis fortunae muneribus dignius existimari potest, quae ad inprobissimum quemque uberiora perueniunt. De quibus illud etiam considerandum puto, quod nemo dubitat esse fortem, cui fortitudinem inesse conspexerit. et cuicumque uelocitas adest manifestum est esse uelocem. Sic musica quidem musicos medicina medicos rhetorice rhetores facit. agit enim cuiusque rei natura quod proprium est nec contrariarum rerum miscetur effectibus et ultro quae sunt auersa depellit. Atqui nec opes inexpletam restinguere auaritiam queunt nec potestas sui compotem fecerit quem uitiosae libidines insolubilibus adstrictum retinent catenis: et collata improbis dignitas non modo non efficit dignos, sed prodit potius et ostentat indignos. Cur ita prouenit? gaudetis enim res sese aliter habentes falsis compellare nominibus quae facile ipsarum rerum redarguuntur effectu: itaque nec illae diuitiae nec illa potentia nec haec dignitas iure appellari potest. Postremo idem de tota concludere fortuna licet

37 in alium *KC* 39 40 ac poteſtatibuſ *om. E* 41 ſibi *om. K* 42 ıunganт' *D* 43 non dubium ſit *K* 46 impr. D^1 inpr. D^2EK 47 quemque *ω* quemquam *nescio quis* | prouenuint *K? A?* perueniunt *DEC et T in mg. ant. fort. pr., nam in contextu uox deest* | etiam illud *A* 49 cuicunque *E* 51 mıſıcoſ *T* | rhetorica *om.* E^1 rethoricę *TK* rhetoricae D^1 *unde* rhetorice *ego* | rhetoreſ *DEK* reth. *T* 53 et *ω* sed *A* 53 54 ultroq; ſunt *K* 54 aduerſa *om. K* 55 reſtringere *BC* 56 libidiniſ (*pr. c.*) *T* | adſtr. *TDK* aſtr. *E* 57 inp. *ex* imp. D^2 59 Quur *K* 61 redarguntur *T* | ille *T*

in qua nihil expetendum nihil natiuae bonitatis inesse manifestum est, quae nec se bonis semper adiungit et bonos quibus fuerit adiuncta non efficit.

VI Nouimus quantas dederit ruinas
Vrbe flammata patribusque caesis
Fratre qui quondam ferus interempto
Matris effuso maduit cruore
Corpus et uisu gelidum pererrans
Ora non tinxit lacrimis, sed esse
Censor extincti potuit decoris.
Hic tamen sceptro populos regebat
Quos uidet condens radios sub undas
Phoebus extremo ueniens ab ortu,
Quos premunt septem gelidi triones,
Quos notus sicco uiolentus aestu
Torret ardentes recoquens harenas.
Celsa num tandem ualuit potestas
Vertere *ign*aui rabiem Neronis?
Heu grauem sortem quotiens iniquus
Additur saeuo gladius ueneno.

VII Tum ego: Scis, inquam, ipsa minimum nobis ambitionem mortalium rerum fuisse dominatam. sed materiam gerendis rebus optauimus, quo ne uirtus ta-

66 eff[i]ecit (*pr. c.*) *D*

C. VI] 2 *uid. Sueton. VI 38 Tac. A. XV 38 39 XVI 28 sqq. Dio LXII 16* 3 *Tac. A. XIII 15—17 Suet. VI 33 Octauiae auctor u. 247* | interemto $DE^1\beta$ 4 c/ruore (a *er. uidetur*) *D* 5 *Sueton. VI 34 Tac. A. XIIII 1—9 Dio LXI 13 Octauia 377 sqq.* 8 populuſ E^1 9 su[B]NUNDAS (*pr. c.*) *D* 10 phoebuſ in extremo *T* Phoebuſ//extremo *DC* 11 premunt] p̃ (munt *om. in mg. pr. add.*) *E* | gaelidi *D* 12 nontuſ T^1 nothus $E\beta$ 13 rocoquenſ T^1 | arenas $K\beta$ *pr.* 14 u[a]oluit (*pr. c.*) *D* 15 praui $\omega\beta$ ignaui *scripsi* inſani *Pulmannus* 16 quotiens *om.* E^1 | iniq[v]uſ *E* 17 ſeuo *T*

cita consenesceret. Et illa: Atqui hoc unum est quod praestantes quidem natura mentes sed nondum ad extremam manum uirtutum perfectione perductas allicere possit gloriae scilicet cupido et optimorum in rempublicam fama meritorum: quae quam sit exilis et totius uacua ponderis, sic considera. Omnem terrae ambitum, sicuti astrologicis demonstrationibus accepisti, ad caeli spatium puncti constat optinere rationem, id est ut, si ad caelestis globi magnitudinem conferatur, nihil spatii prorsus habere iudicetur. Huius igitur tam exiguae in mundo regionis quarta fere portio est, sicut Ptolomaeo probante didicisti, quae nobis cognitis animantibus incolatur. Huic quartae, si quantum maria paludesque premunt quantumque siti uasta regio distenditur cogitatione subtraxeris, uix angustissima inhabitandi hominibus area relinquetur. In hoc igitur minimo puncti quodam puncto circumsaepti atque conclusi de peruulganda fama de proferendo nomine cogitatis? ut quid habeat amplum magnificumque gloria tam angustis exiguisque limitibus artata? Adde quod hoc ipsum breuis habitaculi saeptum plures incolunt nationes lingua moribus totius uitae ratione distantes, ad quas tum difficultate itinerum tum loquendi diuersitate tum commercii insolentia non modo fama hominum singulorum

T² P. VII] 5 preſtantes *T* | *in T unus quaternio in quo erant quae leguntur a u. 6* (perductas) *usque ad l. III pr. 6 u. 17* (puto quae nec) *excidit olim sed a librario quodam saec. XI ex eodem fonte ni f. suppletus est.* 10 aſtrologicıſ (cıſ *ex* uſ c.) *K* 11 puncti] *u. Cicero Tusc. Quaest. I 17, 40 Plin. II 68, 174* [*Macrob. Somn. Scip. VIIII 2 Amm. Marcell. XV 1 ex. Martianus Capella VI 584*] | optinere *DTEA* 12 celeſteſ (ı above) *K* 14 ptolomeo *D* ptholomeo *E* tholomeo *TK* | *u. Ptolomaei* (D) *συντάξεως magnae II Macrob. Somn. II 5* | *a u.* 15 (quae nobiſ) *usque ad u.* 57 (poteriť eſſe) *unum folium in D excidit* 15 que *T* | quae a nobiſ *A* a *ss. in K* | proban*te didic*iſti (tedidic *in ras.*) *K* 17 praemunt *T* 20 circumſepti *ω* 21 ut quid *TC* //quid *EK* Aut quid *A*[1]*BN* At quid *M* 24 ſęptum *C* ſeptum *ω* 25 moribuſ (& above) totiuſ (*pr. ss.?*) *T*

sed ne urbium quidem peruenire queat. Aetate denique Marci Tullii, sicut ipse in quodam loco significat, nondum Caucasum montem romanae reipublicae fama transcenderat, et erat tunc adulta Parthis etiam ceterisque id locorum gentibus formidolosa. Videsne igitur quam sit angusta quam compressa gloria quam dilatare ac propagare laboratis? an ubi romani nominis transire fama nequit, romani hominis gloria progredietur? Quid est quod diuersarum gentium mores inter se atque instituta discordant, ut quod apud alios laude apud alios supplicio dignum iudicetur. Quo fit, ut si quem famae praedicatio delectat, huic in plurimos populos nomen proferre nullo modo conducat. erit igitur peruagata inter suos gloria quisque contentus et intra unius gentis terminos praeclara illa famae inmortalitas coartabitur. Sed quam multos clarissimos suis temporibus uiros scriptorum inops deleuit obliuio. quamquam quid ipsa scripta proficiant, quae cum suis auctoribus premit longior atque obscura uetustas? Vos uero inmortalitatem uobis propagare uidemini, cum futuri famam temporis cogitatis. Quod si aeternitatis infinita spatia pertractes, quid habes quod de nominis tui diuturnitate laeteris? unius etenim mora momenti, si decem milibus conferatur annis, quoniam utrumque spatium definitum est, minimam licet habet tamen aliquam portionem. at hic ipse numerus annorum eiusque quamlibet multiplex ad interminabilem diuturnitatem nec comparari quidem potest. etenim finitis ad se inuicem fuerit quaedam, infiniti uero atque finiti

29 marci ω m̄ C м. *A* | in quodam *T* in *om. EK* | *libri de rep. VI 20* 30 caufafum *K*[1] | puplicae *E* 31 part.if (h superscr.) *K* 33 conp̂ta *K* conpreffa *E* 35 gloria *om. E* | Quid·ẽ·quod *T* eft *om. EK* quid dicam quod *A* 37 qđ aliof (*om.* apud?) *K* 41 contentiuf *K* 42 inmort. ω 44 inops] ınorf *ex* morf *c. K* | quanquam *E* 45 q̧d *ex* qđ *pr. c. T* 47 inmort. *TK* | uidemini///tum *E* 48 temporif famam *A* | ad aet. *E?K?A?* ad *om. T* 55 nec *TK* ne *E*

nulla umquam poterit esse collatio. ita fit, ut quamlibet prolixi temporis fama, si cum inexhausta aeternitate cogitetur, non parua sed plane nulla esse uideatur. Vos autem nisi ad populares auras inanesque rumores recte facere nescitis et relicta conscientiae uirtutisque praestantia de alienis praemia sermunculis postulatis. Accipe in huiusmodi arrogantiae leuitate quam festiue aliquis inluserit. nam cum quidam adorsus esset hominem contumeliis qui non ad uerae uirtutis usum sed ad superbam gloriam falsum sibi philosophi nomen induerat adiecissetque iam se sciturum, an ille philosophus esset, si quidem illatas iniurias leniter patienterque tolerasset: ille patientiam paulisper adsumpsit acceptaque contumelia uelut insultans: Iam tandem, inquit, intellegis me esse philosophum? Tum ille nimium mordaciter: Intellexeram, inquit, si tacuisses. Quid autem est quod ad praecipuos uiros, de his enim sermo est, qui uirtute gloriam petunt, quid inquam est quod ad hos de fama post resolutum morte suprema corpus attineat? nam si, quod nostrae rationes credi uetant, toti moriuntur homines, nulla est omnino gloria: cum is cuius ea esse dicitur non extet omnino. sin uero bene sibi mens conscia terreno carcere soluta caelum libera petit, nonne omne terrenum negotium spernat quae se caelo fruens terrenis gaudet exemptam?

VII Quicumque solam mente praecipiti petit
Summumque credit gloriam,

D 57 conlatio *K* 62 preſt. *T* 64 inl. *DTK* | adorſuſ *T* adortuſ *D?EK* 68 inl. *K* 70 adſumſit *D* adſumpſit *K* aſſ. *TE* | uelud *K* 71 72 inquit intellegis *usque ad* mordaciter Intellexeram *bis scripta D* 72 inquid *K* 73 p̃tipuoſ *K* 76 ſupprema *TE* | adtineat *K* 78 cūiſ *ex* cuniſ *c. K* | eſſe *om. E* 79 menſ ſibi *A* | conſcia *om. E*[1] 80 ſoluta *TD*[1] reſoluta *K?E* 81 ſpernat *EDK* ſpernit *T?C?A* | caelū (*pr. c.*) *T* 82 exemtam *D*
C. VII] 1 quicunque *E* 2 ſummamque *EK* ſummumque *T?C?*

Late patentes aetheris cernat plagas
Artumque terrarum situm.
Breuem replere non ualentis ambitum
Pudebit aucti nominis.
Quid o superbi colla mortali iugo
Frustra leuare gestiunt?
Licet remotos fama per populos means
Diffusa linguas explicet
Et magna titulis fulgeat claris domus:
Mors spernit altam gloriam,
Inuoluit humile pariter et celsum caput
Aequatque summis infima.
Vbi nunc fidelis ossa Fabricii manent,
Quid Brutus aut rigidus Cato?
Signat superstes fama tenuis pauculis
Inane nomen litteris.
Sed quod decora nouimus uocabula,
Num scire consumptos datur?
Iacetis ergo prorsus ignorabiles
Nec fama notos efficit.
Quod si putatis longius uitam trahi
Mortalis aura nominis,
Cum sera uobis rapiet hoc etiam dies,
Iam uos secunda mors manet.

VIII Sed ne me inexorabile contra fortunam gerere bellum putes, est aliquando cum de hominibus, fallax illa nihil, bene mereatur: tum scilicet cum se aperit, cum frontem detegit moresque profitetur. Nondum forte quid loquar intellegis. mirum est quod dicere gestio, eoque sententiam uerbis explicare uix

3 etheris *T* 5 ualen//ſ (ti *al. c.*) *E* 12 alt//ã (er *er.*) *K* 17 ſuptes *K* | *a u. 20* (Num ſcire) *usque ad c. VIII u. 12* (*D*) (terminoſ) *excidit unum folium D* 20 conſumptiſ *K* 23 uiam *K* 25 hoc iam (et *om.*) *T*

P. VIII] 2 omnibuſ *K* 3 non nihil *recentiores* non *om.* ω 6 eo qđ *K*

queo. Etenim plus hominibus reor aduersam quam prosperam prodesse fortunam. illa enim semper specie felicitatis, cum uidetur blanda, mentitur: haec semper uera est, cum se instabilem mutatione demonstrat. illa fallit, haec instruit, illa mendacium specie bonorum mentes fruentium ligat, haec cognitione fragilis felicitatis absoluit. itaque illam uideas uentosam fluentem suique semper ignaram, hanc sobriam succinctamque et ipsius aduersitatis exercitatione prudentem. postremo felix a uero bono deuios blanditiis trahit, aduersa plerumque ad uera bona reduces unco retrahit. An hoc inter minima aestimandum putas quod amicorum tibi fidelium mentes haec aspera haec horribilis fortuna detexit, haec tibi certos sodalium uultus ambiguosque secreuit, discedens suos abstulit, tuos reliquit? Quanti hoc integer, uti uidebaris tibi fortunatus, emisses? desine amissas opes quaerere, quod pretiosissimum diuitiarum genus est amicos inuenisti.

VIII Quod mundus stabili fide
Concordes uariat uices,
Quod pugnantia semina
Foedus perpetuum tenent,
Quod Phoebus roseum diem
Curru prouehit aureo,
Vt quas duxerit Hesperos
Phoebe noctibus imperet,

9 planda *T* | hec *T* 11 mendatium *T* 16 a[e]uro *K* | blandiciis *T* 17 reduceſ *om. E* (reduceñſ *interpres ss.*) 20 vultuſ (v *in ras. al.*) *T* 21 reliquid $\dot{E}^1$ 22 integer et *E* et *om. TKC* | utı/// (*altero* uti *er.*) *T* ut *KE* ut *om. A* 23 Deſine//nunc [Nunc] & amiſſaſ *K* Deſſine & amiſſaſ (*al.* Nunc *ss.*) *E* Deſine amiſſaſ (nunc *om.*) *T* Deſine *in ras.* (nunc *om.*) *C* | querere *ω* | querere opeſ *E* 24 precioſ. *T* pretıoſ[ſiſ]ımũ///diuitiarum (*al. c.*) *E* diu. genuſ eſt *ω* eſt diu. genuſ *A*

C. VIII] 1 ſtabılı[fide] *K* 5 foebuſ *Kβ* 7 heſperoſ *TEβ* heſperuſ *K?*

Vt fluctus auidum mare
Certo fine coerceat,
Ne terris liceat uagis
Latos tendere terminos:
Hanc rerum seriem ligat
Terras ac pelagus regens
Et caelo imperitans amor.
Hic si frena remiserit,
Quidquid nunc amat inuicem
Bellum continuo geret
Et quam nunc socia fide
Pulchris motibus incitant,
Certent soluere machinam.
Hic sancto populos quoque
Iunctos foedere continet,
Hic et coniugii sacrum
Castis nectit amoribus,
Hic fidis etiam sua
Dictat iura sodalibus.
O felix hominum genus,
Si uestros animos amor
Quo caelum regitur regat.

10 coerc. *TE* coherc. *Kβ*   11 Nec *β*   14 pelagoſ *β D*   16 H$\overset{c}{\text{i}}$ *D*   17 quidquiḍ *D* Quicq. *TEK*   20 pulc*hr*ıſ (hr *in ras.*) *D* pulcrıſ *E*   21 certant *K*   23 fodere *K*   25 /moribuſ (a *er.*) *D*   26 fidiſ *ex* fideſ *c. K*   27 dictat (c *in ras.*) *K*   29 nr͞oſ *T* | amicoſ (ꝉ animoſ *ss.*) *K*

ANICII MANLII SEVERINI BOETII

VC. ET INL. EX CONSL. ORD. EXMAG. OFF. ATQVE PATRICII

PHILOSOPHIAE CONSOLATIONIS

LIBER SECVNDVS EXPLICIT INCIPIT

LIBER III

Iam cantum illa finiuerat, cum me audiendi auidum stupentemque arrectis adhuc auribus carminis mulcedo defixerat. Itaque paulo post: O, inquam, summum lassorum solamen animorum quantum me uel sententiarum pondere uel canendi etiam iucunditate refouisti. adeo ut iam me posthac inparem fortunae ictibus esse non arbitrer. Itaque remedia quae paulo acriora esse dicebas, non modo non perhorresco, sed audiendi auidus uehementer efflagito. Tum illa: Sensi, inquit, cum uerba nostra tacitus attentusque rapiebas, eumque tuae mentis habitum uel exspectaui uel, quod est uerius, ipsa perfeci: talia sunt quippe quae restant, ut degustata quidem mordeant, interius autem recepta dulcescant. Sed quod tu te audiendi cupidum dicis,

ANICII MANLII SEVERINI BOETII EXCONS̄ OR̄D PATRIC̄ PHILOSOPHIAE CONSOLATIONIS LIBER SECVNDVS EXPLICIT INCIPIT LIBER TERTIVS FELICITER *sic libri* *Subscr. tota deest in T* | BOETHII *D* BOECII *K* | EXCONSVLIS *K* VIRI CONSVĿ *C* | PATRICII *K om. C qui eius loco interposuit:* „ET ILLVSTRI" | PHILOSOPHICE *K* | EXPLICVIT *K* | CONSOLATIONIS *om. E* | LIBER *om. ante* TERCIVS *E* | FELICITER *om. K*

P. I] 2 arrectıſ///adhuc *D* arectiſ *K* 3 o ınquam *ss. K* 4 quantum me *TEK?* quam tu me *D* quantum tu me *ci. Obbarius* 5 iucund. *D* ıoc. *TEK* 6 poſthac *T* poſthaec *DKE* | inp. *DTK* 7 arbitror *E* 9 inquid *K* 11 exſp. *DTE* exp. *K* 12 perfec/i *E* 13 autem] aū *T*

quanto ardore flagrares, si quonam te ducere aggrediamur agnosceres? Quonam, inquam? Ad ueram, inquit, felicitatem, quam tuus quoque somniat animus, sed occupato ad imagines uisu ipsam illam non potest intueri. Tum ego: Fac obsecro et quae illa uera sit, sine cunctatione demonstra. Faciam, inquit illa, tui causa libenter. sed quae tibi causa notior est, eam prius designare uerbis atque informare conabor, ut ea perspecta, cum in contrariam partem flexeris oculos, uerae beatitudinis speciem possis agnoscere.

I Qui serere ingenuum uolet agrum,
Liberat arua prius fruticibus,
Falce rubos filicemque resecat,
Vt noua fruge grauis Ceres eat.
Dulcior est apium mage labor,
Si malus ora prius sapor edat.
Gratius astra nitent ubi notus
Desinit imbriferos dare sonos.
Lucifer ut tenebras pepulerit,
Pulchra dies roseos agit equos.
Tu quoque falsa tuens bona prius
Incipe colla iugo retrahere.
Vera dehinc animum subierint.

II Tum defixo paululum uisu et uelut in augustam suae mentis sedem recepta sic coepit: Omnis mortalium cura quam multiplicium studiorum labor exercet, di-

15 fraglaref *D* | te *om.* *E* | duc*ere* (re *in ras.*) *E* | aggrediamur ω (aggredimur *D?*) 16 Ad] at D^{1} 17 inquid D^{1} 18 poteſt ω 20 demonſtra *om.* *T* 21 quę tibi (ę *in ras. al.*) *D* quõ tibi *E* q̃/// tibi *C* quae *T?K?* 24 beatitudinif ſpeciem *T* ſpecimen beat. *D?KE*

C. I] 1 ingenium $D^{1}T^{1}\beta$ 5 ap$\overset{1}{.}$um *K* 7 nothus $TEK\beta$ notus *D* 8 ymbrif. *T* | daræ *T* | ſonus *T* 10 pulcra *E* | ęquos *T*

P. II] 1 auguſtam *D* (*cf. III c. 9, 22*) anguſtam $T^{1}E^{1}K$

uerso quidem calle procedit, sed ad unum tamen beatitudinis finem nititur peruenire. Id autem est bonum quo quis adepto nihil ulterius desiderare queat. Quod quidem est omnium summum bonorum cunctaque intra se bona continens, cui si quid aforet, summum esse non posset, quoniam relinqueretur extrinsecus, quod posset optari. Liquet igitur esse beatitudinem statum bonorum omnium congregatione perfectum. Hunc, uti diximus, diuerso tramite mortales omnes conantur adipisci. est enim mentibus hominum ueri boni naturaliter inserta cupiditas, sed ad falsa deuius error abducit. Quorum quidem alii summum bonum esse nihilo indigere credentes ut diuitiis affluant elaborant: alii uero bonum quod sit dignissimum ueneratione iudicantes adeptis honoribus reuerendi ciuibus suis esse nituntur. Sunt qui summum bonum in summa potentia esse constituant: hi uel regnare ipsi uolunt uel regnantibus adhaerere conantur. At quibus optimum quiddam claritas uidetur, hi uel belli uel pacis artibus gloriosum nomen propagare festinant. Plurimi uero boni fructum gaudio laetitiaque metiuntur: hi felicissimum putant uoluptate diffluere. Sunt etiam qui horum fines causasque alterutro permutent: ut qui diuitias ob potentiam uoluptatesque desiderant uel qui potentiam seu pecuniae causa seu proferendi nominis appetunt. In his igitur ceterisque talibus humanorum actuum uotorumque uersatur intentio ueluti nobilitas fauorque popularis quae uidentur quandam claritudinem conparare, uxor ac liberi quae iucunditatis gratia petuntur, amicorum

4 procedit *mg. add. correctoris m. E* | bonum] beatum *ci. PLangenus* 8 aforet *ω* 14 deuiuſ *EKD ex c. pr.* diuiuſ *T*¹ deuioſ *D*¹ | error *om. E*¹ 15 quidem] ^{qui}//dem *K* 18 reuerendi *K* | nituntur *ex* mittuntur *K* 20 hi] .hii. *T* 21 adher. *T* | obtimum *K* 24 letit. *T* 25 fineſ] ſpecies *T* 26 permotent *ex* permutent *al. E* 27 deſiderent *T* 28 paecuniae *D* peccuniae *T* | proferrendi *K* | appetunt *TC* petunt *ED?K* 31 conp. *T* 32 quae *om. A* | iuc. *D* ioc. *TEK*

uero quod sanctissimum quidem genus est, non in fortuna sed in uirtute numerantur, reliquum uero uel potentiae causa uel delectationis assumitur. Iam uero corporis bona promptum est ut ad superiora referantur. robur enim magnitudoque uidetur praestare ualentiam pulchritudo atque uelocitas celebritatem salubritas uoluptatem: quibus omnibus solam beatitudinem desiderari liquet. nam quod quisque prae ceteris petit, id summum esse iudicat bonum. Sed summum bonum beatitudinem esse definiuimus. quare beatum esse iudicat statum, quem prae ceteris quisque desiderat. Habes igitur ante oculos propositam fere formam felicitatis humanae opes honores potentiam gloriam uoluptatem. quae quidem sola considerans Epicurus consequenter sibi summum bonum uoluptatem esse constituit, quod cetera omnia iucunditatem animo uideantur afferre. Sed ad hominum studia reuertor, quorum animus etsi caligante memoria tamen bonum suum repetit, sed ueluti ebrius domum quo tramite reuertatur ignorat. Num enim uidentur errare hi qui nihilo indigere nituntur? atqui non est aliud quod aeque perficere beatitudinem possit quam copiosus bonorum omnium status nec alieni egens sed sibi ipse sufficiens. Num uero labuntur hi qui quod sit optimum, id etiam reuerentiae cultu dignissimum putant? minime. neque enim uile quiddam contemnendumque est quod adipisci omnium fere mortalium laborat intentio. An in bonis non est numeranda potentia? Quid igitur? num in-

33 quidem *om.* *T* 34 ſe^{d}in *E* | numerantur *TE*^{1} numeratur *D?* numera *tur* (ra tur *in ras.*) *K* 36 promtum *DE* 37 uidetur *ω* 40 deſiderare *T* 41 42 *uerba* iudicat bonum *usque ad* beatum eſſe *bis scripta* *D* 45 uoluptatem *T* uoluptateſ *D? E K?* 48 iuc. *C* ioc. *ω* 50 bonum ſuum *ω* ſummum bonum *A* 51 ueluti *T* uelut *D? E* uelud *K* 53 perficire *E*^{1} 54 copioſius *T*^{1} 57 putant *TE* putent *DK* 58 contempn. *TK* contemn. *DE* | adipſ$^{1\,ci}$// *al. c.* *D* 59 fere *om.* *K* 60 Num quid inbec. *K* | inb. *TEK* imb. *D*

becillum ac sine uiribus aestimandum est, quod omnibus rebus constat esse praestantius? An claritudo nihili pendenda est? sed sequestrari nequit, quin omne quod excellentissimum est, id etiam uideatur esse clarissimum. Nam non esse anxiam tristemque beatitudinem nec doloribus molestiisque subiectam quid attinet dicere, quando in minimis quoque rebus id appetitur, quod habere fruique delectet? Atqui haec sunt quae adipisci homines uolunt eaque de causa diuitias dignitates regna gloriam uoluptatesque desiderant, quod per haec sibi sufficientiam reuerentiam potentiam celebritatem laetitiam credunt esse uenturam. Bonum est igitur quod tam diuersis studiis homines petunt: in quo quanta sit naturae uis facile monstratur, cum licet uariae dissidentesque sententiae tamen in diligendo boni fine consentiunt.

II Quantas rerum flectat habenas
Natura potens, quibus inmensum
Legibus orbem prouida seruet
Stringatque ligans inresoluto
Singula nexu, placet arguto
Fidibus lentis promere cantu.
Quamuis poeni pulchra leones
Vincula gestent manibusque datas
Captent escas metuantque trucem
Soliti uerbera ferre magistrum:
Si cruor horrida tinxerit ora,
Resides olim redeunt animi

63 Sed *om.* *A* 64 eſt *T* ſit *DEK* | ẽẽ *ss.* *E* 66 *uerba* quid att. dic. *bis scripta* *D* 67 habre K^1 haberi K^2 68 delectat *E* | homines] om̄s *K* 71 leticiamque *K* 74 nature *T* 75 diligendo ω | conſentiu^{n},t *T*

C. II] 1 flectit β^2 2 inm. $\omega\beta^1$ 4 inreſ. $\omega\beta$ 7 pulcra *E* 8 geſtant *E* | datiſ E^1 9 aeſcaſ *T* | metuentemque D^1 | truceſ *T* 11 orrida K^1 | tinxerat *T* | hora *T*

Fremituque graui meminere sui:
Laxant nodis colla solutis
Primusque lacer dente cruento
Domitor rabidas imbuit iras.
Quae canit altis garrula ramis
Ales, caueae clauditur antro:
Huic licet inlita pocula melle
Largasque dapes dulci studio
Ludens hominum cura ministret,
Si tamen arto saliens texto
Nemorum gratas uiderit umbras,
Sparsas pedibus proterit escas,
Siluas tantum maesta requirit,
Siluas dulci uoce susurrat.
Validis quondam uiribus acta
Pronum flectit uirga cacumen:
Hanc si curuans dextra remisit,
Recto spectat uertice caelum.
Cadit hesperias Phoebus in undas,
Sed secreto tramite rursus
Currum solitos uertit ad ortus.
Repetunt proprios quaeque recursus
Redituque suo singula gaudent:
Nec manet ulli traditus ordo,
Nisi quod fini iunxerit ortum
Stabilemque sui fecerit orbem.

III Vos quoque o terrena animalia tenui licet imagine uestrum tamen principium somniatis uerumque

14 lanxant D^1 16 do/mitor *E* 18 cla^{u}ditur *E*

19 inl. *DT* 21 miniſtrent D^1 22 arto^{v} *E* | texto $TD\beta^2$ tecto *EK?* *u.* 22 *bis scriptus D* 24 aeſcaſ *T* 25 meſta *T* | re^{1}q^{rıl}quit *E* 26 ſuſurrant β^2 28 cucumen D^1 29 hunc D^1 31 heſperıoſ D^1 | undanſ *D* 32 recreto E^1 | ^{t}ramite β^1 33 hortuſ *K* 34 Reppetunt *K* | recurruſ D^1

35 gadent T^1 | ſuoſ ıngula E^1 37 ORTV^{S} *T*

illum beatitudinis finem licet minime perspicaci qualicumque tamen cogitatione prospicitis eoque uos et ad uerum bonum naturalis ducit intentio et ab eodem multiplex error abducit. Considera namque, an per ea quibus se homines adepturos beatitudinem putant, ad destinatum finem ualeant peruenire. Si enim uel pecuniae uel honores ceteraque tale quid afferunt, cui nihil bonorum abesse uideatur, nos quoque fateamur fieri aliquos horum adeptione felices. Quod si neque id ualent efficere quod promittunt bonisque pluribus carent, nonne liquido falsa in eis beatitudinis species deprehenditur? Primum igitur te ipsum qui paulo ante diuitiis affluebas, interrogo: inter illas abundantissimas opes numquamne animum tuum concepta ex qualibet iniuria confudit anxietas? Atqui, inquam, libero me fuisse animo, quin aliquid semper angerer, reminisci nequeo. — Nonne quia uel aberat quod abesse non uelles uel aderat quod adesse noluisses? — Ita est, inquam. — Illius igitur praesentiam huius absentiam [desiderabas]? Confiteor, inquam. Eget uero, inquit, eo quod quisque desiderat? — Eget, inquam. — Qui uero eget aliquo, non est usquequaque sibi ipse sufficiens. — Minime, inquam. — Tu itaque hanc insufficientiam plenus, inquit, opibus sustinebas? Quidni? inquam. — Opes igitur nihilo indigentem sufficientemque sibi facere nequeunt et hoc erat quod promittere uidebantur. Atqui hoc quoque maxime considerandum puto, quod nihil habeat suapte

P. III] 4 qualicunque *E* | profpicitif *TDE* perfp. *K? M*¹ | eoq *K* eo q *A* 8 uel *om.* *K*¹ 9 peccunię *T* pecunię *K* (*sed* ¸ *er.*) pecunia/ (e *er.*) *D* pecunia *E* | aferunt *D*¹ 10 pfateamur *K*¹ 11 horum ω honorum *N* | adepcione *T* 15 afluebaf *D*¹ | habund. *T* 16 numquamne] ne *om.* *DE* 19 non queo *DEK* nequeo *T?* 20 uellef aderat (uel *om.*) *K* 22 defiderabaf *om.* *T* (.f. dolebaf *mg. pr. ni f. T*) 23 inquid *K* 24 aliquo] aliiquo *K* | non eft ω 25 Minime Ne inquam *D*¹ 26 inquid *K* | ^fu^ftinebaf (*pr. c.*) *D*

natura pecunia, ut his a quibus possidetur inuitis nequeat auferri. Fateor, inquam. — Quidni fateare, cum eam cottidie ualentior aliquis eripiat inuito? unde enim forenses querimoniae nisi quod uel ui uel fraude nolentibus pecuniae repetuntur ereptae? Ita est, inquam. Egebit igitur, inquit, extrinsecus petito praesidio quo suam pecuniam quisque tueatur. Quis id, inquam, neget? — Atqui non egeret eo, nisi possideret pecuniam quam possit amittere. Dubitari, inquam, nequit. — In contrarium igitur relapsa res est: nam quae sufficientes sibi facere putabantur opes, alieno potius praesidio faciunt indigentes. Quis autem modus est quo pellatur diuitiis indigentia? num enim diuites esurire nequeunt? num sitire non possunt? num frigus hibernum pecuniosorum membra non sentiunt? Sed adest, inquies, opulentis, quo famem satient, quo sitim frigusque depellant. Sed hoc modo consolari quidem diuitiis indigentia potest, auferri penitus non potest. nam si haec hians semper atque aliquid poscens opibus expletur, maneat necesse est quae possit expleri. ⸢taceo quod naturae minimum, quod auaritiae nihil satis est. Quare si opes nec summouere possunt indigentiam et ipsae suam faciunt, quid est quod eas sufficientiam praestare credatis?

III Quamuis fluente diues auri gurgite
Non expleturas cogat auarus opes

32 Quinni *T* 33 cottidie *TD* cotidie *EK* | Uụnde *T* 34 enim *om. E* | forenſſeſ *T* 35 paecuniae *D* peccuniae *T* | aereptae *T* 36 inquod K^1 inquid K^2 37 peccuniam *T* 37 38 Quiſ id inquam *DTK* id *om. E* 38 ^{n}eget (*al. c.*) *D* 39 poſſit ω poſſet *AN?* | ammittere *K* | dubitare *T* 41 Namq; K^1 Namq̄; K^2 42 preſidio *D* 45 peccun. *T* | bibernum K^1 46 ſacient *T* 48 paenitus *T* poen. *E* 49 ſi haec *om.* T^1 | poſceſ (n *sup.*) *K* 50 opibus non expletur *ci. Vallinus* 53 poſſunt indigentiam *T* ind. poſſ. *EKD?* | ipſe *D*

C. III] 2 cog//at (it *er.*) *E*

Oneretque bacis colla rubri litoris
Ruraque centeno scindat opima boue:
Nec cura mordax deserit superstitem,
Defunctumque leues non comitantur opes.

IIII Sed dignitates honorabilem reuerendumque cui prouenerint reddunt. Num uis ea est magistratibus, ut utentium mentibus uirtutes inserant uitia depellant? Atqui non fugare sed illustrare potius nequitiam solent: quo fit, ut indignemur eas saepe nequissimis hominibus contigisse. unde Catullus licet in curuli Nonium sedentem strumam tamen appellat. Videsne quantum malis dedecus adiciant dignitates? atqui minus eorum patebit indignitas, si nullis honoribus inclarescant. Tu quoque num tandem tot periculis adduci potuisti, ut cum Decorato gerere magistratum putares, cum in eo mentem nequissimi scurrae delatorisque respiceres? Non enim possumus ob honores reuerentia dignos iudicare quos ipsis honoribus iudicamus indignos. at si quem sapientia praeditum uideres, num posses eum uel reuerentia uel ea qua est praeditus sapientia non dignum putare? — Minime. — Inest enim dignitas propria uirtuti, quam protinus in eos quibus fuerit adiuncta transfundit. quod quia populares facere nequeunt honores, liquet eos propriam di-

(*D*) 3 oneret (que *om.*) *E* | littoris *T* | *unum folium continens u. 3 usque ad pr. IIII 32 excidit in D* 5 Haec K^1 Naec K^2 | deſerit *T* deſeret *EKβ*

P. IIII] 1 DE DIGNITATIBUS *minio mg. add. E* 4 inluſt. *K* ill. *TE* 6 conti/giſſe (n *er.*) *E* | catuluſ *K* | *Catulli c. LII 2* ſella in curuli ſtruma Nonius ſedet. 7 Nonium *K* | ſedentem *om. mg. pr. add. E* 8 dignitatiſ *T* 10 adduci T^1 abduci KT^2 11 gerre T^1 12 in *eo men*tem (eo m̃ *in ras.*) *K* | nequiſſim*i* (i *in ras.* o *litt.*) *K* | ſc*urrę* (urrę *in ras.*) *K* | delatoreſq; K^1 | ñ reſpicereſ K^1 15 quem] que m (*tota uox in ras.*) *K* | non (*ss.* ī num) *K* 19 quod quia] ꝙ q *K*

gnitatis pulchritudinem non habere. In quo illud est animaduertendum magis: nam si eo abiectior est, quo magis a pluribus quisque contemnitur, cum reuerendos facere nequeat, quos pluribus ostentat despectiores potius improbos dignitas facit. uerum non inpune: reddunt namque improbi parem dignitatibus uicem quas sua contagione commaculant. Atque ut agnoscas ueram illam reuerentiam per has umbrabiles dignitates non posse contingere, sic collige: Si qui multiplici consulatu functus in barbaras nationes forte deuenerit, uenerandumne barbaris honor faciet? Atqui si hoc naturale munus dignitatibus foret, ab officio suo quoquo gentium nullo modo cessarent, sicut ignis ubique terrarum numquam tamen calere desistit. sed quoniam id eis non propria uis sed hominum fallax adnectit opinio, uanescunt ilico, cum ad eos uenerint qui dignitates eas esse non aestimant. Sed hoc apud exteras nationes. inter eos uero apud quos ortae sunt, num perpetuo perdurant? atqui praefectura magna olim potestas nunc inane nomen et senatorii census grauis sarcina: si quis populi quondam curasset annonam, magnus habebatur, nunc ea praefectura quid abiectius? Vt enim paulo ante diximus, quod nihil habet proprii

21 pulcr. *E* 22 eo *om. K* 23 contempnitur *TK* contemn. *E* 24 oſtendat *K* | diſpectioreſ *EK* 25 inpr. *K* | impune *E* 26 nanque *E* | inpr. *K* | par/ē (*eraso puncto?*) *K* 28 umbrabileſ *TKC* umbratileſ *E?* 29 ſic collige *T* (*cf. II 4, 74*) *om. EKC* | ſi qui TE^1K | conſolatu *EK*
30 barbareaſ *K* | uenerandum (ne *om. ss. pr.*) *T* 32 *denuo his litteris* offi]cio ſuo *D incipit* | quoq; D^1E^2 quoquo *D* TED^2K 34 callere D^1 35 id ei/ (ſ *m. sec.*) *K* | ſed de. hominum K^1 | adnectit *DTK* ann. *E* 36 illico *K?* | quid dign. K^1 39 Atqui /////// p̃tura (*vox iudicia er.*) *K* | praefectura *TACLM* praetura *DEKN* (*sed al. m. in D et E ss.* fec) *quod defendunt Sitzmannus Vallinus alii.* 40 nomen eſt et *CAK* (*in quo* nom̅; *esse traditur*) eſt *om. TED* 41 populi quondam *T* quond. pop. *DEK* 42 magnus] *significat Magnum Pompeium ad eius praefecturae formulam respiciens quae est apud Cassiodorium VI 18*

decoris, opinione utentium nunc splendorem accipit nunc amittit. Si igitur reuerendos facere nequeunt dignitates, si ultro improborum contagione sordescunt, si mutatione temporum splendere desinunt, si gentium aestimatione uilescunt, quid est quod in se expetendae pulchritudinis habeant, nedum aliis praestent?

IIII Quamuis se tyrio superbus ostro
Comeret et niueis lapillis,
Inuisus tamen omnibus uigebat
Luxuriae Nero saeuientis.
Sed quondam dabat improbus uerendis
Patribus indecores curules.
Quis illos igitur putet beatos
Quos miseri tribuunt honores?

V An uero regna regumque familiaritas efficere potentem ualet? Quidni, quando eorum felicitas perpetuo perdurat? atqui plena est exemplorum uetustas, plena etiam praesens aetas, qui reges felicitatem calamitate mutauerint. O praeclara potentia quae nec ad conseruationem quidem sui satis efficax inuenitur. Quod si haec regnorum potestas beatitudinis auctor est, nonne si qua parte defuerit, felicitatem minuat, miseriam inportet? Sed quamuis late humana tendantur imperia, plures necesse est gentes relinqui quibus non imperet regum quisque. Qua uero parte beatos faciens desinit potestas, hac inpotentia subintrat quae miseros

44 opiniono K^1 46 inpr. *K* 49 pulcr. *E* | praeſtant *E*

C. IIII] 1 *cf. Sueton. VI 32* 2 comerat *E* 4 ſeu. *T* | *Sueton. VI 26* 5 *turpius Caligula Sueton. 55 Dio LVIIII 14* | inpr. *EK* | uer/endiſ *K* 6 curulęſ *T* 8 tribunt β^2

P. V] 1 regum (que *om.*) *T* 2 quinni *T* | perpetuum *K* 3 uetuſt*aſ* (aſ *in ras.*) *K* 5 mutuauerint *K* | *exempla illa recensuit Vallinus* | nec *T* ne *KED?* 6 conuerſationem D^1E 8 feli^{ci}tatem *D* | inp. *ω* 10 quibuſ non imperet regum quiſque *T* quibus r. q. n. imp. *DEK* 12 hanc K^1 | inp. *DK*

facit: hoc igitur modo maiorem regibus inesse necesse est miseriae portionem. expertus sortis suae periculorum tyrannus regni metus pendentis supra uerticem gladii terrore simulauit. Quae est igitur haec potestas quae sollicitudinum morsus expellere, quae formidinum aculeos uitare nequit? atqui uellent ipsi uixisse securi, sed nequeunt: dehinc de potestate gloriantur. An tu potentem censes quem uideas uelle quod non possit efficere? potentem censes qui satellite latus ambit, qui quos terret ipse plus metuit: qui ut potens esse uideatur, in seruientium manu situm est? Nam quid ego de regum familiaribus disseram, cum regna ipsa tantae inbecillitatis plena demonstrem? quos quidem regia potestas saepe incolumis saepe autem lapsa prosternit? Nero Senecam familiarem praeceptoremque suum ad eligendae mortis coegit arbitrium. Papinianum diu inter aulicos potentem militum gladiis Antoninus obiecit. atqui uterque potentiae suae renuntiare uoluerunt, quorum Seneca opes etiam suas tradere Neroni seque in otium conferre conatus est: sed dum ruituros moles ipsa trahit, neuter quod uoluit effecit. Quae est igitur ista potentia quam pertimescunt habentes, quam nec cum habere uelis tutus sis et cum deponere cupias, uitare non possis? An praesidio sunt amici, quos non uirtus sed fortuna conciliat? sed quem felicitas amicum fecit, infortunium faciet inimicum.

14 ſortiſ ſuae *TEK* ſuae ſortiſ *D? A* | peric. *D* pericul//um (or *er.*) *K* 15 tyrannus] *Dionysius u. Cic. Tusc. disp. V 21 26 Horat. C. III 1 17* | metum *ci. RVolkmannus* | pendenteſ *D*[1] 17 ſollicitudinem *DKT*[1] ſollicitudinum *T*[2]*EBCA* | morſus *ss.* ť tıs *L* 23 ſeruitụṭentium *K* | ſituſ ē *K* 25 inb. *TEK* 26 ſepe *T* | incolumis *DE* incolomis *TK* | ſepe *T* 28 eli(g)endae *E* ẹlingendę *K* | coaegit *D* | Papinianum] *Spartianus in Antonini Caracalli vita 4 et 8. S. Aurel. Victor de Caesaribus XX 33* 29 gladiis] *immo securi uid. Vallinus* | antoniuſ *EA* 30 atqui] at *E* | re///untiare *E* 31 uoluit *K* | *uid. Senecae oratio Tac. A. XIIII 54* 36 cupieſ *K* 37 concili*at* (at *al. m.?*) *E* 38 facit *K*[1]

quae uero pestis efficacior est ad nocendum quam familiaris inimicus?

V Qui se uolet esse potentem,
Animos domet ille feroces
Nec uicta libidine colla
Foedis summittat habenis.
Etenim licet indica longe
Tellus tua iura tremescat
Et seruiat ultima Thyle,
Tamen atras pellere curas
Miserasque fugare querelas
Non posse potentia non est.

VI Gloria uero quam fallax saepe quam turpis est. Vnde non iniuria tragicus exclamat: Ω ΔΟΞΑ ΔΟΞΑ ΜΥΡΙΟΙϹΙ ΔΗ ΒΡΟΤΩΝ ΟΥΔΕΝ ΓΕΓΩϹΙΝ ΟΓΚΟΝ ΩΓΚΩϹΑϹ ΜΕΓΑΝ. Plures enim magnum saepe nomen falsis uulgi opinionibus abstulerunt, quo quid turpius excogitari potest? nam qui falso praedicantur, suis ipsi necesse est laudibus erubescant. quae si etiam meritis conquisitae sint, quid tamen sapientis adiece-

39 efficatior *TE* | eff. eſt ad *TC* eſt *om. DK?E?*

C. V] 1 Quiſ euolet *K* 2 domet /////// feroceſ β^2 3 Ne/ *T* | uita (c *ss.*) *pr. c.* β^2 4 ſubm. β^1 6 tremiſcat $T\beta^2$ *ex c.* tremeſcat $KED\beta$ 7 thyle $TED\beta$ tile *K* 8 Tamem *E* 9 querellaſ *DK* querelaſ *TE*

P. VI] 1 quam *om.* D^1 | ſepe *T* 2 noniuria *K* | *Euripidis Androm. 319 320* 2 3 ωΔωξα ΔωξΑ *T* ωΔΟξΛ (*semel*) *K recte DECA* 3 ΜΟΙΡΙΗϹΟΙ *T* ΔΙΡΙΟϹΙ *K recte DEA* | ΛΗ *KC* ΔΕ *T recte DEA* | ΒΡΟΤΟΝ *T recte DAECK* | ΟΙΔΕΝ *TA recte DEC* | ΟΥ ęnſeſ ωϹΙ *K* | ΓΕΓωϹΙ *DC* ΓΕΓωϹΗΝ *E* ΤΕΓωϹΙΝ *A* gagoſen *N uox om. in T in quo haec interposita leguntur:* αλλΟΝ·ΠΟΙα·ΘΙΜΗ· 4 ΕΤΟ.ΤωΝ *K* ΟΤΕΤΟΝ *T* ΕΙΟΤΟΝ *DC* ei oton *N* ΕΙΟΤωΝ *A* ΕΙϹΤΟΝ *E* βίοτον *libri euripidei* ὄγκον *scripsi* | !ΟΓΚωϹΛΕ *C* ωΚω (ϲαϲ *om.*) *T* ωſΝΟϹΛς *K recte DEA* | ωΕϹΛΝ *K recte TDEAN* | ſepe *T* 6 excogitare *T* 7 Quę (ta *ss.*) *E* 8 conquiſita *DK* conqueſitę *T* conquęſitę *E* | ſit *D* ſint *E* ſit (n *ss.*) *K* s̃. *T* ſt̃ *A*

rint conscientiae qui bonum suum non populari rumore, sed conscientiae ueritate metitur? Quod si hoc ipsum propagasse nomen pulchrum uidetur, consequens est, ut foedum non extendisse iudicetur. sed cum, uti paulo ante disserui, plures esse gentes necesse sit ad quas unius fama hominis nequeat peruenire, fit, ut quem tu aestimas esse gloriosum, proxima parte ˌterrarum uideatur inglorius. Inter haec uero popularem gratiam ne commemoratione quidem dignam puto, quae nec iudicio prouenit nec umquam firma perdurat. Iam uero quam sit inane quam futtile nobilitatis nomen, quis non uideat? quae si ad claritudinem refertur, aliena est. uidetur namque esse nobilitas quaedam de meritis ueniens laus parentum. Quod si claritudinem praedicatio facit, illi sint clari necesse est qui praedicantur. quare splendidum te, si tuam non habes, aliena claritudo non efficit. Quod si quid est in nobilitate bonum, id esse arbitror solum, ut inposita nobilibus necessitudo uideatur, ne a maiorum uirtute degeneret.

VI Omne hominum genus in terris simili surgit ab ortu:
Vnus enim rerum pater est, unus cuncta ministrat.
Ille dedit Phoebo radios dedit et cornua lunae,
Ille homines etiam terris dedit ut sidera caelo:
Hic clausit membris animos celsa sede petitos.
Mortales igitur cunctos edit nobile germen.

9 non·puli (po *ss.*) romore (v *ss.*) (*pr. c.*?) *D* 10 11 Quodſi *usque ad* uidetur *mg. pr. add. D* 13 diſerui *E* | eſſe genteſ *T* genteſ eſſe *DK?E* 14 15 tua eſtimaſ *K* 15 eſſe *om.* T^1 | pro maxima DKC^1 proxima *TE* ꝉ maxima *al. ss. E* 16 inglorioſuſ *E* inglo-riuſ (uſ *in ras.*) *K* 16 17 gratiam nec omnino relatu quidem dignam puto *K* 17 ne] ne[c] *D* 18 iudicio] *denuo prisca manus apparet T* 19 futtile *DTK* futile *E* 21 nouilitaſ *E* 22 parentum] ꝑentum *K* 25 quid·ẽ·in *ex* quidem *c. K* | nouilitate E^1 26 inp. *T* 27 degeneret T^1C denegeret *K* degenerent *DE*

C. VI] 1 interiſ *E* 3 cornu[a] (*pr. c.*) *T* 4 ut *TD* et *EK?β?* 6 e//dıt *K* edidit *A* | carmen *T*

Quid genus et proauos strepitis? si primordia uestra
Auctoremque deum spectes, nullus degener extat,
Ni uitiis peiora fouens proprium deserat ortum.

VII Quid autem de corporis uoluptatibus loquar, quarum appetentia quidem plena est anxietatis, satietas uero poenitentiae? quantos illae morbos quam intolerabiles dolores quasi quendam fructum nequitiae fruentium solent referre corporibus. Quarum motus quid habeat iucunditatis, ignoro. tristes uero esse uoluptatum exitus, quisquis reminisci libidinum suarum uolet, intelleget. quae si beatos explicare possunt, nihil causae est, quin pecudes quoque beatae esse dicantur quarum omnis ad explendam corporalem lacunam festinat intentio. Honestissima quidem coniugis foret liberorumque iucunditas, sed nimis e natura dictum est nescio quem filios inuenisse tortores: quorum quam sit mordax quaecumque condicio, neque alias expertum te neque nunc anxium necesse est ammonere. in quo Euripidis mei sententiam probo, qui carentem liberis infortunio dixit esse felicem.

VII Habet omnis hoc uoluptas,
Stimulis agit fruentes
Apiumque par uolantum,
Vbi grata mella fudit,
Fugit et nimis tenaci
Ferit icta corda morsu.

7 ſtepitiſ D^1E^1 8 deneger β^1

P. VII] 2 abı////ientia (t *ante* i *er.*) *K* apetentıa *T* abp. D^1 3 paenit. *D* pęnit. *T* | illo T^1 illę T^2 | intollerabileſ *K* 6 iucund. *D* ioc. *TEK* | trıteſ K^1 9 cauſa eſt *D* | beate *T* 12 iuc. *D* ioc. *TEK* 13 tortorem *DKCR* tortorēſ *B* tortore/ (ſ *in ras.*) *E* tortoreſ *TANM* inuenıſſ& ortores *T* 14 quaecunque *E* | condicio *D* | te e͠e *K* 15 amonere *K* 16 *mg. pr. add.* euripideſ *T Eurip. Androm. 420* | meı/ (ſ *er.*) *D*

C. VII] 1 Habet hoc uoluptaſ omniſ $\omega\beta$ *c. Pulmannus* | *mg. pr. add.* anacreon *T* 2 furenteſ β ŧ furen *ss. al. T*

VIII Nihil igitur dubium est, quin hae ad beatitudinem uiae deuia quaedam sint, nec perducere quemquam eo ualeant, ad quod se perducturas esse promittunt. Quantis uero implicitae malis sint, breuissime monstrabo. quid enim? pecuniamne congregare conabaris? sed eripies habenti: dignitatibus fulgere uelis? danti supplicabis et qui praeire ceteros honore cupis, poscendi humilitate uilesces: potentiamne desideras? subiectorum insidiis obnoxius periculis subiacebis: gloriam petas? sed per aspera quaeque distractus securus esse desistis: uoluptariam uitam degas? sed quis non spernat atque abiciat uilissimae fragilissimaeque rei corporis seruum? Iam uero qui bona prae se corporis ferunt, quam exigua quam fragili possessione nituntur! num enim elephantos mole tauros robore superare poteritis, num tigres uelocitate praeibitis? Respicite caeli spatium firmitudinem celeritatem et aliquando desinite uilia mirari. quod quidem caelum non his potius est quam sua qua regitur ratione mirandum. Formae uero nitor ut rapidus est ut uelox et uernalium florum mutabilitate fugacior? Quod si, ut Aristoteles ait, Lyncei oculis homines uterentur, ut eorum uisus obstantia penetraret, nonne introspectis uisceribus illud Alcibiadis superficie pulcherrimum corpus turpissimum

P. VIII] 2 deuia ω 4 implicite *T* inpl. *K* | breuiſſimae E^1 5 conabariſ T^1DK conaberiſ T^2A conaueriſ *E* 6 eripiaſ *K* 8 uileſceſ T^1DEK uileſciſ T^2B | deſidereſ *E*
pera
10 petaſ DT^1E^1K petiſ NT^2E^2 | peraſ,queq; (*al. c.*) *E* 11 degaſ DET^1 de//gaſ *K* † deligaſ *ss. A* deligiſ NT^2
v
13 p̃/ſe (ſ *er.*) *K* 15 elefantoſ *K* | robore *D* 16 poteriſ
r h
K | tı/geſ (*pr. c.*) *T* | p̃hibitiſ *T* 18 ıſ (h *al.*) *D* 21 fugatior *T* | ſi *om. K* | ariſtoteliſ *TDE* ariſ toliſ *K* ariſtotileſ *BNA* | *in Aristotelis libris qui ad nos uenerunt hic locus desi-*
ſ ł i
deratur 22 lıncei (*al. ss.*) *T* lynceıſ *B* lynceiſ *D?KE* Lyncei *reposui coll. Horat. S. I 2 90* (*Ep. I 1 28*) 23 obſtantia quaeque *A* quaeque *om.* ω | intro *om. E* 24 pulcher-
v
rima (*pr. c.*) *D*

uideretur? igitur te pulchrum uideri non tua natura sed oculorum spectantium reddit infirmitas. Sed aestimate quam uultis nimio corporis bona, dum sciatis hoc quodcumque miramini triduanae febris igniculo posse dissolui. Ex quibus omnibus illud redigere in summam licet, quod haec quae nec praestare quae pollicentur bona possunt nec omnium bonorum congregatione perfecta sunt, ea nec ad beatitudinem quasi quidam calles ferunt nec beatos ipsa perficiunt.

VIII Eheu quae miseros tramite deuios
Abducit ignorantia.
Non aurum in uiridi quaeritis arbore
Nec uite gemmas carpitis,
Non altis laqueos montibus abditis,
Vt pisce ditetis dapes
Nec uobis capreas si libeat sequi,
Tyrrhena captatis uada.
Ipsos quin etiam fluctibus abditos
Norunt recessus aequoris,
Quae gemmis niueis unda feracior
Vel quae rubentis purpurae
Nec non quae tenero pisce uel asperis
Praestent echinis litora.
Sed quonam lateat quod cupiunt bonum,
Nescire caeci sustinent,
Et quod stelliferum trans abiit polum,
Tellure demersi petunt.

27 dum *om. al. ss.* *T* 28 quodcunque *E* | triduane *T* | febreſ T^1 30 haec] hoc T^1 hœc T^2 31 bona ſunt T^1

C. VIII] 1 Hheu *T* Ꞓeu *E* | deuioſ *DβK? et* ſ *eras. in his* *TEBC* deuio *AN* 2 adducit $T^1β^1$ 6 didetiſ *BC* 7 Nec *DTK* Non *ECβ*¹ | ca//p̃aſ (m *er.*) *K* 8 tyrrena *β*

11 Quę ẽ *K* | gemiſ *T* | feratior *TE* 13 te/^{ne}reno (r *er.*) *K* | aſp/ıſ (ſ *er.*) *K* 14 preſtent *T* | *echinif* (ec *in ras.*) *K* | littora D^1 15 quon/ã (d *er.?*) *K* | late/at *K* | donum T^1 16 necſcire *T* | ce^{c1} (*pr. c.*) *E* 17 tranſabit *K*

Quid dignum stolidis mentibus inprecer?
Opes honores ambiant
Et cum falsa graui mole parauerint,
Tum uera cognoscant bona.

VIIII Hactenus mendacis formam felicitatis ostendisse suffecerit, quam si perspicaciter intueris, ordo est deinceps quae sit uera monstrare. — Atqui uideo, inquam, nec opibus sufficientiam nec regnis potentiam nec reuerentiam dignitatibus nec celebritatem gloria nec laetitiam uoluptatibus posse contingere. — An etiam causas, cur id ita sit, deprehendisti? — Tenui quidem ueluti rimula mihi uideor intueri, sed ex te apertius cognoscere malim. — Atqui promptissima ratio est. quod enim simplex est indiuisumque natura, id error humanus separat, et a uero atque perfecto ad falsum inperfectumque traducit. an tu arbitraris quod nihilo indigeat egere potentia? — Minime, inquam. — Recte tu quidem: nam si quid est quod in ulla re inbecillioris ualentiae sit, in hac praesidio necesse est egeat alieno. — Ita est, inquam. — Igitur sufficientiae potentiaeque una est eademque natura. — Sic uidetur. — Quod uero huiusmodi sit, spernendumne esse censes an contra rerum omnium ueneratione dignissimum? — At hoc, inquam, ne dubitari quidem

19 Quod (o *in ras.*) *K* | inp. *DTK* 20 ambı/ant *ex* ambigunt *K* 21 Vt *C* $\overset{v}{E}$t *B* $\overset{E}{V}$t *A* | falſı T^1 22 uero c. bono T^1 | cognoſc$\overset{n}{a}$t *E* cognoſcent $C\beta^1$

P. VIIII] 2 ſufficerit DE^1K^1 | ſi *om.* D^1 5 glorıæ *ex* gloria *E* głę *C* 6 letit. *T* 8 9 ex te apertiuſ D^1TKE ap.ex te *deteriores* 9 malım̃ *T* mali/ *K* | prumptiſſima *K* promtiſſima *DE* prompt. *T* 12 inp. *DTK* 13 ind*i*ge*a*t (a *in ras.*, i *ex* e) *D* 14 Rect*e* (e *in ras.*) *D* | tu *om.* *K* 15 inbec. *TK* | preſ. *T* 17 18 Sic uidetur in quã *K* 18 uero *om.* *K* 19 cenſeſ eſſe *CA* | re$\overset{r}{u}$m *K* 20 ad T^1KA at *DE*

potest. — Addamus igitur sufficientiae potentiaeque reuerentiam, ut haec tria unum esse iudicemus. — Addamus, si quidem uera uolumus confiteri. — Quid uero, inquit, obscurumne hoc atque ignobile censes esse an omni celebritate clarissimum? Considera uero, ne quod nihilo indigere, quod potentissimum, quod honore dignissimum esse concessum est, egere claritudine quam sibi praestare non possit atque ob id aliqua ex parte uideatur abiectius. — Non possum, inquam, quin hoc uti est ita etiam celeberrimum esse confitear. — Consequens igitur est, ut claritudinem superioribus tribus nihil differre fateamur. — Consequitur, inquam. — Quod igitur nullius egeat alieni, quod suis cuncta uiribus possit, quod sit clarum atque reuerendum, nonne hoc etiam constat esse laetissimum? — Sed unde huic, inquam, tali maeror ullus obrepat ne cogitare quidem possum, quare plenum esse laetitiae, si quidem superiora manebunt, necesse est confiteri. — Atqui illud quoque per eadem necessarium est sufficientiae potentiae claritudinis reuerentiae iucunditatis nomina quidem esse diuersa, nullo modo uero discrepare substantiam. — Necesse est, inquam. — Hoc igitur quod est unum simplexque natura, prauitas humana dispertit et dum rei quae partibus caret partem conatur adipisci, nec portionem quae nulla est nec ipsam quam minime affectat assequitur. — Quonam, inquam, modo? — Qui diuitias, inquit, petit penuriae fuga, de potentia nihil laborat, uilis obscurusque esse mauult, multas etiam sibi naturales quoque subtrahit uoluptates, ne pecuniam quam parauit amittat. sed

22 hec *T* | eſſe] .e.ẽ. *T* | iudıcem⁊ *D* 24 cenſuſ *D*[1] 25 celebrita|tate *E* 28 preſt. *T* | ob id] hoc id *K* 30 qu/ın *T* 31 confiteor *T*[1] 32 ſupirubuſ *K* 36 unde *om.* *K* | oprebat *K* 39 ea//dem (n *er.*) *K* 40 iocund. ω 47 diuitı/ſ (a *pr. c.*) *T* | inquid *T* | paenuriae *D* 48 fuga/ (t *er.*) *K* f//ga (v; a *er.*) *D* | deponentia (τ *al. c.*) *T* | nihiil *K* 50 nec *T*[1] ne *DEK*

hoc modo nec sufficientia quidem contingit ei quem ualentia deserit, quem molestia pungit, quem uilitas abicit, quem recondit obscuritas. Qui uero solum posse desiderat, profligat opes, despicit uoluptates honoremque potentia carentem gloriam quoque nihili pendit. sed hunc quoque quam multa deficiant uides. fit enim ut aliquando necessariis egeat, ut anxietatibus mordeatur cumque haec depellere nequeat, etiam id quod maxime petebat potens esse desistat. Similiter ratiocinari de honoribus gloria uoluptatibus licet. nam cum unumquodque horum idem quod cetera sit, quisquis horum aliquid sine ceteris petit, ne illud quidem quod desiderat apprehendit. — Quid igitur? inquam. — Si qui cuncta simul cupiat adipisci, summam quidem ille beatudinis uelit: sed num in his eam repperiet, quae demonstrauimus id quod pollicentur non posse conferre? — Minime, inquam. — In his igitur quae singula quaedam expetendorum praestare creduntur, beatitudo nullo modo uestiganda est. — Fateor, inquam, et hoc nihil dici uerius potest. — Habes igitur, inquit, et formam falsae felicitatis et causas: deflecte nunc in aduersum mentis intuitum, ibi enim ueram quam promisimus statim uidebis. — Atqui haec, inquam, uel caeco perspicua est eamque tu paulo ante monstrasti, dum falsae causas aperire conaris. Nam nisi fallor ea uera est et perfecta felicitas quae sufficientem potentem reuerendum celebrem laetumque per-

51 nec T^1K ne *DE* | contigit *KC* 53 obicit *T* 54 diſpicit T^1 diſplicit *K* 58 neq; [at] (*pr. c.*) *D* 59 ratıonari [cı] *T* 61 ıd/ẽ *ex* ıd.ẽ. *K* 62 Ne (e *in ras.*) *K* 64 Si qui ω 65 in illiſ *T'* | repperiet ω *praeter K?* 68 preſt. *DT*

71 inquid T^1 | formam [&] (*pr. ss.?*) *D* | falſe *T* 72 nunc// in adu. (ad *er.*) *T* | enim *om. K* | ueram *om. C* 73 *Post* Atqui haec inquam *librarius in priorem uersum* ibi enim *usque ad* uidebis *recidit quo deleto denuo* Atqui *ctqſ. reposuit E* | Atqui// (n *er.*) *K* 75 monſtrari *K* | conariſ *TDC* conabariſ *K?* conareriſ *E* 76 uer/a (ſ *er.*) *D* 77 caelebr. *D* | letumque *T*

ficiat. Atque ut me interius animaduertisse cognoscas, quae unum horum, quoniam idem cuncta sunt, ueraciter praestare potest hanc esse plenam beatitudinem sine ambiguitate cognosco. — O te alumne hac opinione felicem, si quidem hoc, inquit, adieceris . . . Quidnam? inquam. — Essene aliquid in his mortalibus caducisque rebus putas quod huiusmodi statum possit afferre? — Minime, inquam, puto idque a te, nihil ut amplius desideretur, ostensum est. — Haec igitur uel imagines ueri boni uel inperfecta quaedam bona dare mortalibus uidentur: uerum autem atque perfectum bonum conferre non possunt. — Assentior, inquam. — Quoniam igitur agnouisti quae uera illa sit, quae autem beatitudinem mentiantur, nunc superest, ut unde ueram hanc petere possis agnoscas. — Id quidem, inquam, iam dudum uehementer expecto. — Sed cum, uti Timaeo Platoni, inquit, nostro placet, in minimis quoque rebus diuinum praesidium debeat implorari: quid nunc faciendum censes, ut illius summi boni sedem repperire mereamur? — Inuocandum, inquam, rerum omnium patrem, quo praetermisso nullum rite fundatur exordium. — Recte, inquit, ac simul ita modulata est:

VIIII O qui perpetua mundum ratione gubernas
Terrarum caelique sator qui tempus ab aeuo
Ire iubes stabilisque manens das cuncta moueri,

78 interı,ıſ (*inter* u *rasura*) *K* 80 preſt. *T* 81 ha[c] (*pr. c.*) *D* 82 inquid *K* 83 quinnam *T* 85 id[q·] *T* | a//te (n *er.*) *K* 87 inp. ω 87 88 dare bona/// (m *er.*) *D* dare bona *KC* bona dare *TE* 92 quıdæm *T* 93 exſp. *E* 94 uti timaeo *D* uti timeo *TEK* uti in t. *A* | *Plato Tim. 27 C* 97 repperire ω *praeter K?* 98 preterm. *T* 99 inquid *T*[1]

C. VIIII] *hi uersus „sunt ueluti quaedam ἐπιτομὴ primae partis Timaei“ Vallinus.* 1 perphetua *K* 3 ſtabilique β | maneſ[n] *D*

Quem non externae pepulerunt fingere causae
Materiae fluitantis opus, uerum insita summi
Forma boni liuore carens, tu cuncta superno
Ducis ab exemplo: pulchrum pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens similique in imagine formans
Perfectasque iubens perfectum absoluere partes.
Tu numeris elementa ligas, ut frigora flammis
Arida conueniant liquidis: ne purior ignis
Euolet aut mersas deducant pondera terras.
Tu triplicis mediam naturae cuncta mouentem
Conectens animam per consona membra resoluis.
Quae cum secta duos motum glomerauit in orbes,
In semet reditura meat mentemque profundam
Circuit et simili conuertit imagine caelum.
Tu causis animas paribus uitasque minores
Prouehis et leuibus sublimes curribus aptans
In caelum terramque seris quas lege benigna
Ad te conuersas reduci facis igne reuerti.
Da pater augustam menti conscendere sedem,
Da fontem lustrare boni, da luce reperta
In te conspicuos animi defigere uisus.
Dissice terrenae nebulas et pondera molis
Atque tuo splendore mica: tu namque serenum
Tu requies tranquilla piis, te cernere finis
Principium uector dux semita terminus idem.

X Quoniam igitur quae sit imperfecti, quae etiam perfecti boni forma uidisti, nunc demonstrandum reor

4 externe *D* 6 formabolibore (*mg.* boni *add. pr.?*) E 8 mundu T^1 | in *om.* *EN* 9 iube//ſ (n *er.*) *K* 10 nemerıſ *K* 11 Harida *K* | ne *om.* D^1 12 pondere T^1 13 cunta (*pr. c.*) *T* 14 conectens *ω* 15 orbiſ K^1 16 ſemen K^1 24 uiſuſ] uultuſ K^1 25 Diſſice *ω* 26 moca E^1 mıcantem (tu) *K* mıcat unamque TC^1 | nanque *E*
P. X] 1 imperfectuſ D^1 inp. *K*

quonam haec felicitatis perfectio constituta sit. In quo illud primum arbitror inquirendum, an aliquod huiusmodi bonum, quale paulo ante definisti, in rerum natura possit existere, ne nos praeter rei subiectae ueritatem cassa cogitationis imago decipiat. Sed quin existat sitque hoc ueluti quidam omnium fons bonorum negari nequit. omne enim quod inperfectum esse dicitur, id inminutione perfecti inperfectum esse perhibetur. quo fit, ut si in quolibet genere inperfectum quid esse uideatur, in eo perfectum quoque aliquid esse necesse sit. etenim perfectione sublata, unde illud quod inperfectum perhibetur extiterit ne fingi quidem potest. neque enim ab deminutis inconsummatisque natura rerum coepit exordium, sed ab integris absolutisque procedens in haec extrema atque effeta dilabitur: quod si, uti paulo ante monstrauimus, est quaedam boni fragilis inperfecta felicitas, esse aliquam solidam perfectamque non potest dubitari. — Firmissime, inquam, uerissimeque conclusum est. — Quo uero, inquit, habitet, ita considera. Deum rerum omnium principem bonum esse communis humanorum conceptio probat animorum. nam cum nihil deo melius excogitari queat, id quo melius nihil est bonum esse quis dubitet? Ita uero bonum esse deum ratio demonstrat, ut perfectum quoque in eo bonum esse conuincat. nam ni tale sit, rerum omnium princeps esse non poterit: erit enim eo praestantius aliquid perfectum possidens bonum, quod hoc prius atque antiquius esse uideatur: omnia namque perfecta minus integris priora esse claruerunt. Quare

5 difinifti *K* 6 exfiftere *D* | preter *T* | praeterei *D*¹ 9 nequid *T* | inp. *DTK* 10 inm. *DTK* | perfecti/ (ı *er.*) *D* | inp. *DEK* | pibetur *K* 11 in *om.* *D*¹ | quo/libet (d *er.*) *D* | inp. ω 15 deminutif *TDE* diminutif *K* | inconfumatifque *K* 16 coepit *TDE* cepit *KCA* 17 in extrema haec *K* | at^q· (*al. c.*) *T* 19 inp. *TK* 21 inquid *T*¹ 22 confiderandūrerum (dm̃ *ss. pr.*) *T* 24 nihil de omnibuf exc. *K* 26 imperfectum (ut *om.*) *T*¹ 27 nitile *E*¹ 30 quod de priuf *K*

ne in infinitum ratio prodeat, confitendum est summum deum summi perfectique boni esse plenissimum: sed perfectum bonum ueram esse beatitudinem constituimus: ueram igitur beatitudinem in summo deo sitam esse necesse est. — Accipio, inquam, nec est quod contradici ullo modo queat. — Sed quaeso, inquit, te uide quam id sancte atque inuiolabiliter probes quod boni summi summum deum diximus esse plenissimum. — Quonam, inquam, modo? — Ne hunc rerum omnium patrem illud summum bonum quo plenus esse perhibetur uel extrinsecus accepisse uel ita naturaliter habere praesumas, quasi habentis dei habitaeque beatitudinis diuersam cogites esse substantiam. nam si extrinsecus acceptum putes, praestantius id quod dederit ab eo quod acceperit existimare possis. sed hunc esse rerum omnium praecellentissimum dignissime confitemur. Quod si natura quidem inest, sed est ratione diuersum, cum de rerum principe loquamur deo, fingat qui potest: quis haec diuersa coniunxerit? Postremo quod a qualibet re diuersum est, id non est illud a quo intellegitur esse diuersum. quare quod a summo bono diuersum est sui natura, id summum bonum non est, quod nefas est de eo cogitare quo nihil constat esse praestantius. omnino enim nullius rei natura suo principio melior poterit existere, quare quod omnium principium sit, id etiam sui substantia summum esse bonum uerissima ratione concluserim. — Rectissime, inquam. — Sed summum bonum beatitudinem esse concessum est. — Ita est, inquam. — Igitur, inquit,

32 prodeat ω procedat *A* 35 igitur *om. K* 37 *unum* (*D*) *folium a uoce* ullo *usque ad u. 76* (ſuper) *periit D* | queſo *T* | inquid *T*¹ 39 eſſe pleniſſimum *mg. correctoris m. add. E* 41 quod pleniſſimum *K*¹ 42 accipiſſe *K* 43 praeſũmaſ *K* preſumas *T* 46 ab eo ω 47 precell. *T* 50 coniunxerat *T*¹ 52 Quare — diuerſum *om. E*¹ 53 bonum *om. E*¹ 54 de^e o *T* ·ı· dõ *ss. K* 55 preſt. *T* 58 Rectiſſima *K*¹ 59 ſumum *K* 60 conceſum *E* | ınquat *T*¹

deum esse ipsam beatitudinem necesse est confiteri. — Nec propositis, inquam, prioribus refragari queo et illis hoc inlatum consequens esse perspicio. — Respice, inquit, an hinc quoque idem firmius approbetur, quod duo summa bona quae a se diuersa sint esse non possunt. Etenim quae discrepant bona, non esse alterum quod sit alterum liquet: quare neutrum poterit esse perfectum, cum alterutri alterum deest, sed quod perfectum non sit, id summum non esse manifestum est: nullo modo igitur quae summa sunt bona ea possunt esse diuersa. Atqui et beatitudinem et deum summum bonum esse collegimus, quare ipsam necesse est summam esse beatitudinem quae sit summa diuinitas. — Nihil, inquam, nec re ipsa uerius nec ratiocinatione firmius nec deo dignius concludi potest. — Super haec, inquit, igitur ueluti geometrae solent demonstratis propositis aliquid inferre quae porismata ipsi uocant, ita ego quoque tibi ueluti corollarium dabo. Nam quoniam beatitudinis adeptione fiunt homines beati, beatitudo uero est ipsa diuinitas, diuinitatis adeptione beatos fieri manifestum est: sed uti iustitiae adeptione iusti sapientiae sapientes fiunt, ita diuinitatem adeptos deos fieri simili ratione necesse est. Omnis igitur beatus deus, sed natura quidem unus: participatione uero nihil prohibet esse quam plurimos. — Et pulchrum, inquam, hoc atque pretiosum, siue porisma siue corollarium uocari mauis. — Atqui hoc quoque pulchrius nihil est, quod his annectendum esse ratio persuadet. — Quid? inquam. — Cum multa, inquit, beatitudo continere uideatur, utrumne haec omnia unum ueluti corpus beatitudinis quadam partium uarietate coniun-

63 inl. *TK* 65 ſint ω ſunt *CA* 67 ſit *om.* *E* | lique/t (a *er.?*) *T* 72 ſumum *K* 74 re hac ueriuſ *CN* re ah// *D* ueriuſ (ſe *uel* re *er.*) *K* 76 haec] *hinc D pergit.* 77 poriſmata ω 78 ipſi *om.* *K* 80 diuinitatiſ D^1 83 næceſſe *T* 85 plurimuſ E^1 86 poriſma ω 88 adnect. *K* 89 inquid T^1 90 uidetur *D* 91 coniungant E^1

gant an sit eorum aliquid quod beatitudinis substantiam compleat, ad hoc uero cetera referantur? — Vellem, inquam, id ipsarum rerum commemoratione patefaceres. — Nonne, inquit, beatitudinem bonum esse censemus? — Ac summum quidem, inquam. — Addas, inquit, hoc omnibus licet. nam eadem sufficientia summa est, eadem summa potentia reuerentia quoque claritas ac uoluptas beatitudo esse iudicatur. — Quid igitur? — Haecine omnia bonum sufficientia potentia ceteraque ueluti quaedam beatitudinis membra sunt an ad bonum ueluti ad uerticem cuncta referuntur? — Intellego, inquam, quid inuestigandum proponas, sed quid constituas audire desidero. — Cuius discretionem rei sic accipe. Si haec omnia beatitudinis membra forent, a se quoque inuicem discreparent. haec est enim partium natura, ut unum corpus diuersa componant. Atqui haec omnia idem esse monstrata sunt, minime igitur membra sunt: alioquin ex uno membro beatitudo uidebitur esse coniuncta, quod fieri nequit. — Id quidem, inquam, dubium non est, sed id quod restat expecto. — Ad bonum uero cetera referri palam est. Idcirco enim sufficientia petitur, quoniam bonum esse iudicatur, idcirco potentia, quoniam id quoque esse creditur bonum: idem de reuerentia claritudine iucunditate coniectare licet. Omnium igitur expetendorum summa atque causa bonum est. quod enim neque re neque similitudine ullum in se retinet bonum, id expeti nullo modo potest. Contraque etiam quae natura bona non sunt, tamen si esse uideantur,

92 aliqu(i)d [i ss.] *D* | *inter* beatitudinis *et* ſubſtantiam *haec repetuntur:* quadam partium uarietate coniurgant (*sic*) *K*   93 complea/t (n *er.*) *D* conpl. *K* | uelle *D*   94 commemorationem *K*   97 inquid *D*   100 haecine ω | bona *A*   107 conp. *EK*   110 nequid T^1 113 petitur *om.* D^1 114 iudicator D^1 | poten.a [ti ss.] *E*   116 iuditate [cun ss.] *D* iuc. *K* ioc. *TE* | conectare *T*   117 118 quod enim *om.* D^1 118 119 ınſer&bonum (*ss.* r&ın&) *T*

quasi uere bona sint appetuntur. Quo fit, uti summa, cardo atque causa expetendorum omnium bonitas esse iure credatur. Cuius uero causa quid expetitur, id maxime uidetur optari. ueluti si salutis causa quispiam uelit equitare, non tam equitandi motum desiderat quam salutis effectum. Cum igitur omnia boni gratia petantur, non illa potius quam bonum ipsum desideratur ab omnibus. Sed propter quod cetera optantur, beatitudinem esse concessimus: quare sic quoque sola quaeritur beatitudo. Ex quo liquido apparet ipsius boni et beatitudinis unam atque eandem esse substantiam. — Nihil uideo cur dissentire quispiam possit. *P.* Sed deum ueramque beatitudinem unum atque idem esse monstrauimus. — Ita, inquam. — Securo igitur concludere licet dei quoque in ipso bono nec usquam alio sitam esse substantiam.

X Huc omnes pariter uenite capti
Quos ligat fallax ros*e*is catenis
Terrenas habitans libido mentes,
Haec erit uobis requies laborum,
Hic portus placida manens quiete,
Hoc patens unum miseris asylum.
Non quidquid Tagus aureis harenis
Donat aut Hermus rutilante ripa
Aut Indus calido propinquus orbi
Candidis miscens uirides lapillos,
Inlustrent aciem magisque caecos

121 uere *TDC* uera *E^1K?BA* | quod fit *K^1* | ut *A* 122 123 eſſe credatur iure *K* 125 no.tam (n superscr.) *E* | aequit. *T* 131 eadem (n superscr.) *E* 133 unum *om.* *E^1* unam *T* 134 ſecuro *ω* 136 ſubſtantia *D*

C. X] 2 Quoſ ·/ ligat ·/ fallax improbiſ cateniſ *D* Quoſ fallax ligat improbiſ cateniſ *ceteri* (inpr. *EK*) roſeis *reposui* 7 quidquid *D* quicq. *TEKβ* | arenis *T* har. *DEK* 8 her/muſ *K* eremuſ *A* | rutulante *T^1* 11 Inluſtrent *ωβ* (inl. *TEK*) Illuſtrant *N*

In suas condunt animos tenebras.
Hoc quidquid placet excitatque mentes,
Infimis tellus aluit cauernis:
Splendor quo regitur uigetque caelum,
Vitat obscuras animae ruinas:
Hanc quisquis poterit notare lucem,
Candidos Phoebi radios negabit.

XI Assentior, inquam: cuncta enim firmissimis nexa rationibus constant. Tum illa, quanti, inquit, aestimabis, si bonum ipsum quid sit agnoueris? — Infinito, inquam: si quidem mihi pariter deum quoque qui bonum est continget agnoscere. — Atqui hoc uerissima, inquit, ratione patefaciam, maneant modo quae paulo ante conclusa sunt. — Manebunt. — Nonne, inquit, monstrauimus ea quae appetuntur pluribus idcirco uera perfectaque bona non esse, quoniam a se inuicem discreparent cumque alteri abesset alterum, plenum absolutumque bonum afferre non posse? tum autem uerum bonum fieri, cum in unam ueluti formam atque efficientiam colliguntur, ut quae sufficientia est, eadem sit potentia reuerentia claritas atque iucunditas, nisi uero unum atque idem omnia sint, nihil habere quo inter expetenda numerentur. — Demonstratum, inquam, nec dubitari ullo modo potest. — Quae igitur, cum discrepant, minime bona sunt, cum uero unum esse coeperint, bona fiunt: nonne haec ut bona sint, unitatis fieri adeptione contingit? — Ita, inquam, uidetur. — Sed omne quod bonum est boni participatione bonum esse concedis an minime? — Ita

13 quidquid *DT* quicq. *EKβ* 14 In finiſ *K* | alluit *K* 15 que T^1 16 uitet T^1 | tenebraſ *N ss. in T* 17 Anc T^1 18 negauit T^1DEK negabit *BCAβ*?

P. XI] 5 contingit T^1 7 manebunt *om.* E^1 8 apetuntur K^1 12 autem *om.* *K* | fieri] *ss. ant. m.* confenſimuſ *T* 14 iuc. *DTK* ioc. *E* 16 inter *om.* D^1 17 dı//////ari (*VI uel VII litt. erasis*) *K*

est. — Oportet igitur idem esse unum atque bonum simili ratione concedas: eadem namque substantia est eorum, quorum naturaliter non est diuersus effectus. — Negare, inquam, nequeo. — Nostine igitur, inquit, omne quod est tam diu manere atque subsistere quam diu sit unum, sed interire atque dissolui pariter atque unum esse destiterit? — Quonam modo? — Vt in animalibus, inquit: cum in unum coeunt ac permanent anima corpusque, id animal uocatur. cum uero haec unitas utriusque separatione dissoluitur, interire nec iam esse animal liquet. Ipsum quoque corpus cum in una forma membrorum coniunctione permanet, humana uisitur species. at si distributae segregataeque partes corporis distraxerint unitatem, desinit esse quod fuerat. Eoque modo percurrenti cetera procul dubio patebit subsistere unumquodque, dum unum est, cum uero unum esse desinit, interire. — Consideranti, inquam, mihi plura minime aliud uidetur. — Estne igitur, inquit, quod in quantum naturaliter agat relicta subsistendi appetentia uenire ad interitum corruptionemque desideret? — Si animalia, inquam, considerem quae habent aliquam uolendi nolendique naturam, nihil inuenio, quod nullis extra cogentibus abiciant manendi intentionem et ad interitum sponte festinent. omne namque animal tueri salutem laborat, mortem uero perniciemque deuitat. Sed quid de herbis arboribusque, quid de inanimatis omnino consentiam rebus prorsus dubito. — Atqui non est, quod de hoc quoque possis

24 nanque *E* 26 No*ſtıne* (*an* supra) (ſtine *et* an *in ras.*) *T* 27 ac ſubſiſtere *K* 28 utque unum *K* 29 diſtiterit T^1 *D K* deſt. *E* 31 ıd (ı *in ras.*) *T* 35 ac ſi *K* | ſegregataeque] q. *om.* T^1 36 dıſtraxerıt (n supra) *pr. c. D* 39 *post* interire *al. add.* patebit *E* 41 agat *om.* T^1 l' uiuat l' agit l' degat *mg. E* 43 conſiderent D^1 44 hab& T^1 | alıquem T^1 45 abıcıent T^1 abıcı*a*nt (a *in ras.*) *D* abıcıant *K* abi/ciant *E* 47 pernitiemque T^1 pernet. T^2 48 diuitat *E* 49 conſ//entıam (ci *er.*) *T*

ambigere, cum herbas atque arbores intuearis primum sibi conuenientibus innasci locis, ubi quantum earum natura queat cito exarescere atque interire non possint. nam aliae quidem campis aliae montibus oriuntur, alias ferunt paludes, aliae saxis haerent, aliarum fecundae sunt steriles harenae, quas si in alia quispiam loca transferre conetur, arescant. Sed dat cuique natura quod conuenit et ne, dum manere possunt, intereant, elaborat. quid quod omnes uelut in terras ore demerso trahunt alimenta radicibus ac per medullas robur corticemque diffundunt? quid quod mollissimum quidque, sicuti medulla est, interiore semper sede reconditur, extra uero quadam ligni firmitate, ultimus autem cortex aduersum caeli intemperiem quasi mali patiens defensor opponitur? iam uero quanta est naturae diligentia, ut cuncta semine multiplicato propagentur. quae omnia non modo ad tempus manendi uerum generatim quoque quasi in perpetuum permanendi ueluti quasdam machinas esse quis nesciat? Ea etiam quae inanimata esse creduntur nonne quod suum est quaeque simili ratione desiderant? cur enim flammas quidem sursum leuitas uehit, terras uero deorsum pondus deprimit, nisi quod haec singulis loca motionesque conueniunt? Porro autem quod cuique consentaneum est, id unumquodque conseruat: sicuti ea quae sunt inimica corrumpunt. Iam uero quae dura sunt ut lapides, adhaerent tenacissime partibus suis et ne facile dissoluantur resistunt. quae uero liquentia ut aer atque aqua, facile quidem diuidentibus cedunt, sed cito in ea rursus

51 arborib· (es *ss. al.*) *T* 55 pa/ludeſ *D* | alıaſ *T* | herent *T* | fecunde *T* foec. *E* 56 harene *T* 57 conetur (e *rec.* ex ã *factum uidetur*) *D* 58 ne dum] nidum *K* 59 uelud *K* 60 rubor T^1 61 quidque] quıdq*ue/ ex* quidquod (ıe *in ras.*, d *er.*) *T* quidque *DC* quıdquę *B* quıd$^{q\cdot}$ (*al. c.*) *E* quodque *K? A* 62 ſecuti T^1 | interioris D^1 63 extraq; *K* | firmitate tegitur *ci. Pulmannus* tegitur *om.* ω | ultimaſ T^1 64 aduerſum] ad ſummam *K* 65 oponitur *K* obpon. *T* 76 adherent *T*

a quibus sunt abscisa relabuntur, ignis uero omnem refugit sectionem. Neque nunc nos de uoluntariis animae cognoscentis motibus, sed de naturali intentione tractamus. sicuti est, quod acceptas escas sine cogitatione transigimus, quod in somno spiritum ducimus nescientes: nam ne in animalibus quidem manendi amor ex animae uoluntatibus, uerum ex naturae principiis uenit. Nam saepe mortem cogentibus causis, quam natura reformidat, uoluntas amplectitur, contraque illud quo solo mortalium rerum durat diuturnitas gignendi opus, quod natura semper appetit, interdum cohercet uoluntas. Adeo haec sui caritas non ex animali motione, sed ex naturali intentione procedit. dedit enim prouidentia creatis a se rebus hanc uel maximam manendi causam, ut quoad possunt naturaliter manere desiderent: quare nihil est quod ullo modo queas dubitare cuncta quae sunt appetere naturaliter constantiam permanendi, deuitare perniciem. — Confiteor, inquam, nunc me indubitato cernere quae dudum incerta uidebantur. — Quod autem, inquit, subsistere ac permanere petit, id unum esse desiderat: hoc enim sublato ne esse quidem cuiquam permanebit. — Verum est, inquam. — Omnia igitur, inquit, unum desiderant. — Consensi. — Sed unum id ipsum monstrauimus esse quod bonum. — Ita quidem. — Cuncta igitur bonum petunt, quod quidem ita describas licet ipsum bonum esse quod desideretur ab omnibus. — Nihil, inquam, uerius excogitari potest. nam uel ad nihil unum cuncta

80 abſciſa *ω* (abſciſſa *K?*) 82 montibuſ *T*[1] 85 ne inan.] necnanim. *E*[1] | animabuſ *T* | manenſ *K* 86 natura (e *supra*) *D* 90 cohercet *TK* 92 procredit *E*[1] 94 ut quo poſſint *K* | abſciſſa *K?* 95 quaeas *T* | dubitare *om.* *D*[1] 96 conſtatiam *E*[1] 97 pernic. *in* pernec. *c.* *T'* 100 petit *TDK* appetit *E* 101 nec eſſe *K* | permanebit *ex* permanebun *statim pr. c.* *T* | eſt *om.* *T* 104 bonum eſt *A* 106 deſideratur *A* deſideretur *ω* (deſiderætur *E*) 107 ad nihilum *KCA* ad nıhıum (l *supra*) *E* ad nihilunum (u *in ras.*) *DR* ad nihilũ////cuncta *T* ad nihilũ////unum *B*

referuntur et uno ueluti uertice destituta sine rectore fluitabunt aut si quid est ad quod uniuersa festinant, id erit omnium summum bonorum. — Et illa: Nimium, inquit, o alumne laetor, ipsam enim mediae ueritatis notam mente fixisti. sed in hoc patuit tibi quod ignorare te paulo ante dicebas. — Quid? inquam. — Quis esset, inquit, rerum omnium finis. is est enim profecto, quod desideratur ab omnibus, quod quia bonum esse collegimus, oportet rerum omnium finem bonum esse fateamur.

XI Quisquis profunda mente uestigat uerum
Cupitque nullis ille deuiis falli,
In se reuoluat intimi lucem uisus
Longosque in orbem cogat inflectens motus
Animumque doceat quidquid extra molitur
Suis retrusum possidere thesauris.
Dudum quod atra texit erroris nubes,
Lucebit ipso perspicacius Phoebo.
Non omne namque mente depulit lumen
Obliuiosam corpus inuehens molem.
Haeret profecto semen introrsum ueri
Quod excitatur uentilante doctrina.
Nam cur rogati sponte recta censetis,
Ni mersus alto uiueret fomes corde?
Quod si Platonis musa personat uerum,
Quod quisque discit immemor recordatur.

XII Tum ego: Platoni, inquam, uehementer assentior, nam me horum iam secundo commemoras,

108 et uno] ut uno *K* 109 feſtinant *TE* feſtinent *DK?* 111 la&/or *T* 113 ante/////dicebaſ *T* 114 Iſ enim (eſt *om.*) *T* 116 colligimuſ *EK* | finem] *ss.* ·ı· χp̃m *T*

C. XI] 1 Quıquıſ (ſ *ss.*) (*pr. c.*) *T* | fatıgat († ueſtıgat *ss.*) *K* 4 inflectanſ *K* 5 quidquid *DT* quicq. *EK* 6 retrurſum *K* 8 perſpicatius *T* 12 exitatur (c *ss.*) *K* 15 Platonis] *Phaedone XX 76 A* 16 inmemor *K*

P. XII] 2 me] m (1 *ss.*) *K*

primum quod memoriam corporea contagione, dehinc cum maeroris mole pressus amisi. — Tum illa: Si priora, inquit, concessa respicias, ne illud quidem longius aberit, quin recorderis quod te dudum nescire confessus es. — Quid? inquam. — Quibus, ait illa, gubernaculis mundus regatur. — Memini, inquam, me inscitiam meam fuisse confessum, sed quid afferas, licet iam prospiciam, planius tamen ex te audire desidero. — Mundum, inquit, hunc, deo regi paulo ante minime dubitandum putabas. — Ne nunc quidem arbitror, inquam, nec umquam dubitandum putabo quibusque in hoc rationibus accedam breuiter exponam. Mundus hic ex tam diuersis contrariisque partibus in unam formam minime conuenisset, nisi unus esset qui tam diuersa coniungeret. coniuncta uero naturarum ipsa diuersitas inuicem discors dissociaret atque diuelleret, nisi unus esset qui quod nexuit contineret. Non tam uero certus naturae ordo procederet nec tam dispositos motus locis temporibus efficientia spatiis qualitatibus explicarent, nisi unus esset qui has mutationum uarietates manens ipse disponeret. Hoc quidquid est quo condita manent atque agitantur, usitato cunctis uocabulo deum nomino. — Tum illa: Cum haec, inquit, ita sentias, paruam mihi restare operam puto, ut felicitatis compos patriam sospes reuisas. sed quae proposuimus intueamur. Nonne in beatitudine sufficientiam numera-

3 quod meror hebetauit memoriam corporea contagione (*haec lineola subducta, in mg. autem add. haec:* memoriam corporea contagione. dehinc cum merorſ mole preſſuſ amiſi) dehinc cum meroreſ quod ſit obliuioſa mole preſſuſ animuſ *K* 4 meroris *T* 5 reſpicieſ *K* 9 10 lice*t*//iam (t *in ras.*) *T* licet etiam *B* licet iam *DEK* 10 iam/proſp. (ſ *er.*) *D* 11 minime] l'nemini *al. ss. TE* 12 putabo (as *ss.*) *K* 13 unquam *E* 16—19 qui tam — unus eſſet *om. K*[1] 18 diſſociare (T *ss.*) (*pr. c.*) *D* 20 ertuſ (c *ss.*) (*pr. c.*) *D* | praecederet *T* 21 explicarent *TDK* explicaret *E* 23 quidquid *D* quicq. *TEK* 27 28 *hunc uersum* intueamur — numerauimuſ *om. K*

uimus deumque beatitudinem ipsam esse consensimus? — Ita quidem. — Et ad mundum igitur, inquit, regendum nullis extrinsecus amminiculis indigebit. alioquin si quo egeat, plenam sufficientiam non habebit. — Id, inquam, ita est necessarium. — Per se igitur solum cuncta disponit. — Negari, inquam, nequit. — Atqui deus ipsum bonum esse monstratus est. — Memini, inquam. — Per bonum igitur cuncta disponit, si quidem per se regit omnia, quem bonum esse consensimus et hic est ueluti quidam clauus atque gubernaculum quo mundana machina stabilis atque incorrupta seruatur. — Vehementer assentior, inquam, et id te paulo ante dicturam tenui licet suspitione prospexi. — Credo, inquit, iam enim ut arbitror uigilantius ad cernenda uera oculos deducis, sed quod dicam non minus ad contuendum patet. — Quid? inquam. — Cum deus, inquit, omnia bonitatis clauo gubernare iure credatur eademque omnia sicuti docui ad bonum naturali intentione festinent, num dubitari potest, quin uoluntaria regantur seque ad disponentis nutum ueluti conuenientia contemperataque rectori sponte conuertant? — Ita, inquam, necesse est: nec beatum regimen esse uideretur, si quidem detrectantium iugum foret, non obtemperantium salus. — Nihil est igitur quod naturam seruans deo contraire conetur. — Nihil, inquam. — Quod si conetur, ait, num tandem proficiet quidquam

29 conſenſimuſ *ω* conceſſimus *al. ss. TE et sic C* cenſuimus *A* 31 aminiculiſ *K* | indigebat T^1 ^in^digebit *D* 34 nequid T^1 36 per bonum ipſum igitur *EN* ipſum bonum igitur (per *om.*) *A* 37 conceſſimuſ *E idem ss. in T* conſenſimuſ *TDK* 39 ^in^corrupta *T* 41 ſuſpitione *TE* 42 iam *ex* tam *c. D* 44 contu/endum (l *er.?*) *T* 45 inquid T^1 47 feſtinant *K* | Non (ŀ num *ss.*) *E* | uoluntaria *ω* l'e *ss. T* uoluntarie *A* 49 contemperata/que (t *er.*) *T* | rectoriſ *K* 51 detrect. *DTA* detraectantium *K* detractantium *E* | ^p^otemperantium (*al. c.*) *E* 53 conatur T^1 54 Quod ſi TKE^1 Quidſi *D? CA* | num] non *K* | quidquam DT^1 quicq. *EK*

aduersus eum quem iure beatitudinis potentissimum esse concessimus? — Prorsus, inquam, nihil ualeret. — Non est igitur aliquid quod summo huic bono uel uelit uel possit obsistere. — Non, inquam, arbitror. — Est igitur summum, inquit, bonum quod regit cuncta fortiter suauiterque disponit. — Tum ego: Quam, inquam, me non modo ea quae conclusa est summa rationum, uerum multo magis haec ipsa quibus uteris uerba delectant, ut tandem aliquando stultitiam magna lacerantem sui pudeat. — Accepisti, inquit, in fabulis lacessentes caelum Gigantas: sed illos quoque, uti condignum fuit, benigna fortitudo disposuit. Sed uisne rationes ipsas inuicem collidamus? forsitan ex huiusmodi conflictatione pulchra quaedam ueritatis scintilla dissiliat. — Tuo, inquam, arbitratu. — Deum, inquit, esse omnium potentem nemo dubitauerit. — Qui quidem, inquam, mente consistat, nullus prorsus ambigat. — Qui uero est, inquit, omnium potens, nihil est quod ille non possit. — Nihil, inquam. — Num igitur deus facere malum potest? — Minime, inquam. — Malum igitur, inquit, nihil est, cum id facere ille non possit, qui nihil non potest. — Ludisne, inquam, me inextricabilem labyrinthum rationibus texens, quae nunc quidem qua egrediaris introeas, nunc uero quo introieris egrediare, an mirabilem quendam diuinae

50 aduerſum T^1 aduerſũ/ (ſ *er.*) *D* 56 † ualet *mg.* *E* 57 bo/no *T* 59 ſummum bonum inquit *A* | cuncta regit *A* quod regit fortiter cuncta D^1 61 inquam *om.* *K* | ſuma *K*
ba
62 uerum *om.* T^1 63 uer// (*pr. c.*) *D* | ſtultitia CB^2E^2 ſtultitiam DTE^1KB^1 65 gigantaſ *TD* giganteſ *EK* | uti *ω* 66 diſpoſuit *ω* depoſuit *Pulmannus* 70 dubitauerit/ (t *in ras.* t *er.*) *ex* dubitauerat *ni f.* *D* 70 71 Qui quidem *E* Quid quidem *K* qui *om.* T^1D^1 *fort.* Qui idem. 71 ambiit *E*
nſ
72 poteſt *T'* 77 labyrinthum *TDE* laber in tum *K* laborinthum *AN* 78 quidem *om.* T^1 | qua] quo *E* qua (a *in ras.*) *T* 79 egrediariſ DT^2 egradiariſ *E* gredieriſ T^1 ingrediariſ *K* 78 79 qua introieris *ci.* *Vallinus* 79 quendam *bis scriptum* D^1

simplicitatis orbem complicas? Etenim paulo ante beatitudine incipiens eam summum bonum esse dicebas, quam in summo deo sitam loquebare. ipsum quoque deum summum esse bonum plenamque beatitudinem disserebas: ex quo neminem beatum fore nisi qui pariter deus esset quasi munusculum dabas. rursus ipsam boni formam dei ac beatitudinis loquebaris esse substantiam ipsumque unum id ipsum esse bonum docebas quod ab omni rerum natura peteretur. deum quoque bonitatis gubernaculis uniuersitatem regere disputabas uolentiaque cuncta parere nec ullam mali esse naturam. atque haec nullis extrinsecus sumptis sed ex altero fidem trahente insitis domesticisque probationibus explicabas. — Tum illa: Minime, inquit, ludimus remque omnium maximam dei munere quem dudum deprecabamur exegimus. Ea est enim diuinae forma substantiae, ut neque in externa dilabatur nec in se externum aliquid ipsa suscipiat, sed, sicut de ea Parmenides ait ΠΑΝΤΟΘЄΝ ЄΥΚΥΚΛΟΥ CΦ*ΑΙ*ΡΗC ЄΝΑΛΙΓΚΙΟΝ ΟΓΚΩΙ, rerum orbem mobilem rotat, dum se immobilem ipsa conseruat. Quod si rationes quoque non extra petitas sed intra rei quam tractabamus ambitum collocatas agitauimus, nihil est quod ammirere, cum Platone sanciente didiceris cognatos de quibus loquuntur rebus oportere esse sermones.

80 81 ante beat. (*om.* a) *TDEC* ante a beat. *K?BA* 81 beatitudine// (m *uel* in *er.*) *D* | inſipienſ *K* 81—83 incipiens — beatitudinem *om. mg. pr. add. D* 82 ſita *K* | loqu,bare *K* 85 eſſet] ee͠ D^1 86 beatitudines D^1 88 natur^{a}peteretur *E* | pateretur T^1 91 ſumtis DT^1 | altero ex altero *A* alterum ex altero *B* 93 ludı^{m}..muſ (*sic*) *D* 96 dilab^{a}/tur *D* 98 *inter* ait *et* παντοθεν *leguntur haec:* omniſ enim cicluſ fertur In unum circulum *E* | ευκυκλουc.φερηc ω cφαίρηc *Vict. 1 Vallini* (?) *Parmenidis rell. u. 103* (*uid. Mullachi Fragmenta philosophorum graecorum I 124 HSteini ed. in Symbolis philoll. Bonn. p. 803 sqq. u. 106*) | ЄΝΔ ΑΙΓΚΙΟΝ *K* 100 inmob. *K* 102 collucataſ *T* coll^{oc}ataſ (*pr. c.*) *D* 103 Platone] *in Timaeo p. 29 B* | ſancтıente *D* conſtituente *K* | didecerіſ *D* 104 locuntur *K*

XII Felix qui potuit boni
Fontem uisere lucidum,
Felix qui potuit grauis
Terrae soluere uincula.
Quondam funera coniugis
Vates threicius gemens
Postquam flebilibus modis
Siluas currere mobiles
Amnes stare coegerat
Iunxitque intrepidum latus
Saeuis cerua leonibus
Nec uisum timuit lepos
Iam cantu placidum canem,
Cum flagrantior intima
Feruor pectoris ureret
Nec qui cuncta subegerant
Mulcerent dominum modi,
Inmites superos querens
Infernas adiit domos.
Illic blanda sonantibus
Chordis carmina temperans
Quidquid praecipuis deae
Matris fontibus hauserat,
Quod luctus dabat impotens,
Quod luctum geminans amor,
Deflet Taenara commouens
Et dulci ueniam prece
Vmbrarum dominos rogat.
Stupet tergeminus nouo
Captus carmine ianitor,

C. XII] 5 funere[a] *D* 6 treiciuſ *K* 9 ſt.[a]re *D* 10 iuncxitque *T* | latum[ſ] *D* 12 lepoſ *TDK* lepuſ *E* 13 placidam[u] *D* 15 feruor/ (ſ *er.*) *D* 18 ımiteſ *T* inm. *D* | quęrens *T* 22 quidquid *DT* quicq. *EK* 23 hauſerıt *E* 25 germinanſ K^1C 26 tenara *D* tenera *K* trenara *T* trena//[ra] *al. c. E* trenera *A*

Quae sontes agitant metu
Vltrices scelerum deae
Iam maestae lacrimis madent.
Non ixionium caput
Velox praecipitat rota
Et longa site perditus
Spernit flumina Tantalus.
Vultur dum satur est modis,
Non traxit Tityi iecur.
Tandem „uincimur“ arbiter
Vmbrarum miserans ait:
„Donamus comitem uiro
Emptam carmine coniugem.
Sed lex dona coerceat,
Ne, dum Tartara liquerit,
Fas sit lumina flectere.“
Quis legem det amantibus?
Maior lex amor est sibi.
Heu noctis prope terminos
Orpheus Eurydicen suam
Vidit perdidit occidit.
Vos haec fabula respicit
Quicumque in superum diem
Mentem ducere quaeritis.
Nam qui tartareum in specus
Victus lumina flexerit,
Quidquid praecipuum trahit
Perdit, dum uidet inferos.

33 maeſte *T* 35 rota/ *E* 36 ſit eperdituſ *T* ſite *DK* ſiti *E* 37 fulmina *E* 39 tytygi *K* 40 uincitur *K* 42 committem *K* 43 emtam *DT* emptam *EK* 49 haeu *K* 50 euridycen *K* eurydicem *E* 53 quicunque *E* 55 $\overset{\text{ta}}{\text{tar.reum}}$ (*al. c.*) *E* | ſpectuſ *K*[1] 57 quidquid *DT* quicq. *EK* | $\overset{\text{pu}}{\text{pręcı.um}}$ *E* praecium *Vaticanus I*

ANICII MANLII SEVERINI BOETII

VC. ET INL. EX CONS. ORD. EXMAG. OFF. ATQVE PATRICII

PHILOSOPHIAE CONSOLATIONIS

LIBER TERTIVS EXPLICIT INCIPIT

LIBER IIII

I Haec cum Philosophia dignitate uultus et oris grauitate seruata leniter suauiterque cecinisset, tum ego nondum penitus insiti maeroris oblitus intentionem dicere adhuc aliquid parantis abrupi. Et: O, inquam, ueri praeuia luminis quae usque adhuc tua fudit oratio, cum sui speculatione diuina tum tuis rationibus inuicta patuerunt eaque mihi, etsi ob iniuriae dolorem nuper oblita non tamen antehac prorsus ignorata dixisti. Sed ea ipsa est uel maxima nostri causa maeroris, quod, cum rerum bonus rector existat, uel esse omnino mala possint uel impunita praetereant: quod solum quanta dignum sit ammiratione profecto consideras. At huic aliud maius adiungitur. nam imperante florenteque nequitia uirtus non solum praemiis caret, uerum etiam sceleratorum pedibus subiecta calcatur et in locum fa-

ANICII MANLII SEVERINI BOETII EXCONS̃. OR̃D. PATRICII PHILOSOPHIAE CONSOLATIONIS LIBER TERTIVS EXPLICIT INCIPIT LIBER QVARTVS *sic libri* BOECII *K* BOETHII *TD* | EXCONSVLIS *K* EXCONSOŁ *T* | R̄D (O *om.*) *T* ORDINARII *K* | PHILOSOPICE *K* | EXPLICIT LIBER TERTIVS *K* | INCIPIT QVARTVS *E* (*om.* LIBER) | INCIPIT LIBER SECVNDVS (*sic*) *K* | FELICITER *add.* *K*

P. I] 5 fu//dit (n *er.*) *D* 6 diuin/atum *K* 7 eaquę *T* | iuriae (in *om.*) *T* 9 meroris *T* 11 inpun. *K* 12 ſit *om.* T^1 | animiratione T^1 amiratione *E* 13 maius *DE* ma/ıuſ (*ex* magiuſ *uel* magnuſ) *K* magiſ *TC* 14 ł uicio *mg.* *E* 15 in locum ω in loco *A*

cinorum supplicia luit. Quae fieri in regno scientis omnia potentis omnia sed bona tantummodo uolentis dei nemo satis potest nec ammirari nec conqueri. — Tum illa: Et esset, inquit, infiniti stuporis omnibusque horribilius monstris, si, uti tu aestimas, in tanti uelut patrisfamilias dispositissima domo uilia uasa colerentur pretiosa sordescerent. sed non ita est. Nam si ea quae paulo ante conclusa sunt inconuulsa seruantur, ipso de cuius nunc regno loquimur auctore cognosces semper quidem potentes esse bonos malos uero abiectos semper atque inbecillos nec sine poena umquam esse uitia nec sine praemio uirtutes, bonis felicia malis semper infortunata contingere multaque id genus quae sopitis querelis firma te soliditate corroborent. Et quoniam uerae formam beatitudinis me dudum monstrante uidisti, quo etiam sita sit agnouisti, decursis omnibus quae praemittere necessarium puto, uiam tibi quae te domum reuehat ostendam. pinnas etiam tuae menti quibus se in altum tollere possit adfigam, ut perturbatione depulsa sospes in patriam meo ductu mea semita meis etiam uehiculis reuertaris.

I Sunt etenim pinnae uolucres mihi
Quae celsa conscendant poli.
Quas sibi cum uelox mens induit,
Terras perosa despicit,
Aeris inmensi superat globum,
Nubesque postergum uidet,

16 que *T* 19 et eſt *K* 20 monſtriſ *om. K* | ſicuti *E* | ueluti *K* 21 colorentur *T* 23 conclauſa *E* 24 nunc *om. K* | loquimur regno *K* 26 atque a inb. *K* | inbecilloſ *TDN* imbecilleſ *EG* inbicilleſ *K* 27 nec sine *om. E* 29 querellis *D* quęrel/iſ *K* quaerelis *T* | firm//ate (it *er.*) *K* | ſoliditateque *K* ſolidate *E*[1] | conrob. *DK* corr. *TE* 32 quae] q. *T*[1] | praemittere *TD* praemitere *K* pretmittere *E* praeterm. *BA* 33 pinnaſ *T*[1]*D* pennaſ *K?E* 34 quibuſ etiam ſe *T*[1] | adfigam *ω* 35 dictu *T*[1]

C. I] 1 pinnae *TD* pennae *KE* 3 tibi *K* 5 inm. *TD* imenſi *K* 6 poſtergum *ω* poſttergum *A*

Quique agili motu calet aetheris,
Transcendit ignis uerticem,
Donec in astriferas surgat domos
Phoeboque coniungat uias
Aut comitetur iter gelidi senis
Miles corusci sideris,
Vel quocumque micans nox pingitur,
Recurrat astri circulum
Atque ubi iam exhausti fuerit satis,
Polum relinquat extimum
Dorsaque uelocis premat aetheris
Compos uerendi luminis.
Hic regum sceptrum dominus tenet
Orbisque habenas temperat
Et uolucrem currum stabilis regit
Rerum coruscus arbiter.
Huc te si reducem referat uia,
Quam nunc requiris immemor:
Haec, dices, memini, patria est mihi,
Hinc ortus, hic sistam gradum.
Quod si terrarum placeat tibi
Noctem relictam uisere,
Quos miseri toruos populi timent
Cernes tyrannos exules.

II Tum ego: Papae, inquam, ut magna promittis. nec dubito quin possis efficere, tu modo quem excitaueris ne moreris. — Primum igitur, inquit, bonis semper adesse potentiam, malos cunctis uiribus esse desertos agnoscas licebit, quorum quidem alterum de-

7 atheriſ *T* 10 coniungant *D*[1] 11 ſaturni *mg. add.* *E* 12 choruſci *K* 13 quocunque *E* 14 aſtır *E*[1] 15 exhauſti (x *ex* c.) *D* 16 //polum (o *ex* u *et* po *er.*) *D* 17 praemat *T* 21 ferat (re *rec. add.*) *D* 24 inm. *K* 27 tibi/ *K*

P. II] 1 papae *DK?* pape *TE* 3 ne mor.] memor eriſ *T*

monstratur ex altero. nam cum bonum malumque contraria sint, si bonum potens esse constiterit, liquet inbecillitas mali, at si fragilitas clarescat mali, boni firmitas nota est. sed uti nostrae sententiae fides abundantior sit, alterutro calle procedam nunc hinc nunc inde proposita confirmans. Duo sunt quibus omnis humanorum actuum constat effectus, uoluntas scilicet ac potestas, quorum si alterutrum desit, nihil est quod explicari queat. deficiente etenim uoluntate ne aggreditur quidem quisque quod non uult, at si potestas absit, uoluntas frustra sit. Quo fit, ut si quem uideas adipisci uelle quod minime adipiscatur, huic obtinendi quod uoluerit defuisse ualentiam dubitare non possis. — Perspicuum est, inquam, nec ullo modo negari potest. — Quem uero effecisse quod uoluerit uideas, num etiam potuisse dubitabis? — Minime. — Quod uero quisque potest, in eo ualidus, quod uero non potest, in hoc inbecillis esse censendus est. — Fateor, inquam. — Meministine igitur, inquit, superioribus rationibus esse collectum intentionem omnem uoluntatis humanae quae diuersis studiis agitur ad beatitudinem festinare? — Memini, inquam, illud quoque esse demonstratum. — Num recordaris beatitudinem ipsum esse bonum eoque modo, cum beatitudo petitur, ab omnibus desiderari bonum? — Minime, inquam, recordor, quoniam id memoriae fixum teneo. — Omnes igitur homines boni pariter ac mali indiscreta intentione ad bonum peruenire nituntur? — Ita, inquam, consequens est. — Sed

7 conſtiterit *om.* D^1 | inb. *TK* 8 &ſi T^1 9 ſenτιae D^1 ſen///tentiae (ten *er.*) *E* | habundantior *TK* abund. *DE* 10 alterutro/calle *K* 12 actuum *om.* *K* | uoluptaſ *K* | ſilicet *K* 13 alterutrum ω alterum *BA* 14 agreditur *K* 15 quiſquam *ci. Kinderlingius* | ac ſi *EK* 16 ut quem (ſi *om.*) *T* 17 adipiſci uelle quod minime *bis scripta* *K* | optin. *DE* obtin. *TK* 18—20 defuiſſe — uideaſ *mg. add.* *K* 18 dubitari T^1 20 nunc T^1 21 22 quod uero — ualidus *om.* D^1 22 ualidiuſ D^2 23 inb. *TEK* | conſenduſ T^1 24 in quid *D* 26 in hoc *om.* *K* 27 illud ω

certum est adeptione boni bonos fieri. — Certum. — Adipiscuntur igitur boni quod appetunt? — Sic uidetur. — Mali uero si adipiscerentur quod appetunt bonum, mali esse non possent. — Ita est. — Cum igitur utrique bonum petant, sed hi quidem adipiscantur, illi uero minime, num dubium est bonos quidem potentes esse, qui uero mali sunt inbecillos? — Quisquis, inquam, dubitat, nec rerum naturam nec consequentiam potest considerare rationum. — Rursus, inquit, si duo sint quibus idem secundum naturam propositum sit eorumque unus naturali officio id ipsum agat atque perficiat, alter uero naturale illud officium minime administrare queat, alio uero modo quam naturae conuenit non quidem impleat propositum suum sed imitetur implentem: quemnam horum ualentiorem esse decernis? — Etsi coniecto, inquam, quid uelis, planius tamen audire desidero. — Ambulandi, inquit, motum secundum naturam esse hominibus num negabis? — Minime, inquam. — Eiusque rei pedum officium esse naturale num dubitas? — Ne hoc quidem, inquam. — Si quis igitur pedibus incedere ualens ambulet aliusque cui hoc naturale pedum desit officium, manibus nitens ambulare conetur, quis horum iure ualentior existimari potest? — Contexe, inquam, cetera: nam quin naturalis officii potens eo qui idem nequeat ualentior sit, nullus ambigat. — Sed summum bonum, quod aeque malis bonisque propositum, boni quidem naturali officio uirtutum petunt, mali uero uariam per cupiditatem, quod adipiscendi boni naturale officium

34 Certum *ω* Certum eſt *A* 35 36 Sic uidetur — appetunt *mg. add. K* 40 ſint *K* | inbecilloſ *T* imbecilloſ *D* inbecilleſ *KE* 41 conquentiam *E* 46 ammin. *E* adm. *DTK* | nature *T* 49 diſcernis *K* 50 pleniuſ *T*[1] planiuſ *DKE* 52 eiuſ (q; *al. ss.*) *E* 53 non dub. *K* 57 exeſtimari *D* 58 quin] qui *T*[1]*K*[1]*C*[1] quin *ED* | qui idem] quidem *D* 59 ambigat *TDK* ambigit *E* 60 prop. eſt *E* eſt *om. TDK* 61 uirtutem *K*[1] | per uariam *A* uariam per *ω* | ue^a^rıã *K*

non est, idem ipsum conantur adipisci. an tu aliter existimas? — Minime, inquam, nam etiam quod est consequens patet. ex his enim quae concesserim, bonos quidem potentes, malos uero esse necesse est inbecillos. — Recte, inquit, praecurris idque, uti medici sperare solent, indicium est erectae iam resistentisque naturae. sed quoniam te ad intellegendum promptissimum esse conspicio, crebras coaceruabo rationes. Vide enim quanta uitiosorum hominum pateat infirmitas qui ne ad hoc quidem peruenire queunt ad quod eos naturalis ducit ac paene compellit intentio. et quid si hoc tam magno ac paene inuicto praeeuntis naturae desererentur auxilio? Considera uero quanta sceleratos homines habeat inpotentia. neque enim leuia aut ludicra praemia petunt, quae consequi atque obtinere non possunt, sed circa ipsam rerum summam uerticemque deficiunt nec in eo miseris contingit effectus quod solum dies noctesque moliuntur: in qua re bonorum uires eminent. Sicut enim eum qui pedibus incedens ad eum locum usque peruenire potuisset, quo nihil ulterius peruium iaceret incessui, ambulandi potentissimum esse censeres: ita eum, qui expetendorum finem quo nihil ultra est apprehendit, potentissimum necesse est iudices. Ex quo fit quod huic obiacet, ut idem scelesti idem uiribus omnibus uideantur esse deserti. cur enim relicta uirtute uitia sectantur? inscitiane bonorum? sed quid eneruatius ignorantiae caecitate? an

63 idem ω id *RA?* 64 extimaſ *D* 65 conceſſerim *TDE* conceſſeram *K?A* 66 eſſe *om.* T^1K *adeſt ED?* | inbecilloſ *TK* imbecillos *D* imbecilleſ (o *supra*) *E* 67 percurriſ *K* 68 reſıſtentıque T^1 69 ppṛitiſſimũ *K* prompt. *T* promt. *DE* 70 coacerbabo *DK* 72 eoſ *om.* T^1 73 pone *K* paene *D* pene *TE* 74 poene *K* paene *D* pene *TE* 76 inp. *TK* | lịdıcra (u *supra*) *E* 77 optinere *D* obt. *TEK* 80 in quã K^1 81 eum qui ω eum *om.* *A* 83 inceſſu/ *K* 84 conſereſ E^1 84 85 eſſe cenſereſ — potentiſſimum *om.* D^1 85 eſt *om.* T^1 | adpr. *EK* 86 *alterum* idem *om.* E^1A 87 88 deſerti — ſectantur *om.* E^1 88 relecta D^1

sectanda nouerunt? sed transuersos eos libido praecipitat: sic quoque intemperantia fragiles qui obluctari uitio nequeunt. an scientes uolentesque bonum deserunt, ad uitia deflectunt? sed hoc modo non solum potentes esse sed omnino esse desinunt. nam qui communem omnium quae sunt finem relinquunt, pariter quoque esse desistunt. Quod quidem cuipiam mirum forte uideatur, ut malos, qui plures hominum sunt, eosdem non esse dicamus: sed ita sese res habet. nam qui mali sunt eos malos esse non abnuo: sed eosdem esse pure atque simpliciter nego. nam uti cadauer hominem mortuum dixeris, simpliciter uero hominem appellare non possis, ita uitiosos malos quidem esse concesserim, sed esse absolute nequeam confiteri. est enim quod ordinem retinet seruatque naturam: quod uero ab hac deficit, esse etiam quod in sua natura situm est derelinquit. Sed possunt, inquies, mali. ne ego quidem negauerim, sed haec eorum potentia non a uiribus sed ab imbecillitate descendit. possunt enim mala, quae minime ualerent, si in bonorum efficientia manere potuissent. quae possibilitas eos euidentius nihil posse demonstrat. nam si, uti paulo ante collegimus, malum nihil est, cum mala tantummodo possint, nihil posse improbos liquet. — Perspicuum est. — Atque ut intellegas quaenam sit huius potentiae uis, summo bono nihil potentius esse paulo ante definiuimus. — Ita est, inquam. — Sed idem, inquit, facere malum nequit. — Minime. — Est igitur, inquit,

91 intemporantia E^1 92 93 an ſcienteſ — deflectunt *om.* E^1 | ſc¹enteſ *T* 95 reli^N^quunt *D* relinqunt *EK* 97 uideantur T^1 101 ominem *E* | zimpliciter *E* 102 apellare *K* | uitioſuſ T^1 | maloſ *om.* E^1 103 conſenſerim *K* 103 104 ſed illud eſt enim *K* 104 ordinet *K* 106 derelinquid *E* 108 ab *om.* *E* | inb. *EK* 109 mala *om.* E^1 110 mane^re^ *T* 114 at atqui *mg. al.* *T* | ut *om.* T^1 115 defin^ui^muſ *T* diffiniuimuſ *K*

aliquis qui omnia posse homines putet? — Nisi quis insaniat nemo. — Atqui idem possunt mala. — Vtinam quidem, inquam, non possent. — Cum igitur bonorum tantummodo potens possit omnia, non uero queant omnia potentes etiam malorum, eosdem qui mala possunt minus posse manifestum est. Huc accedit, quod omnem potentiam inter expetenda numerandam omniaque expetenda referri ad bonum uelut ad quoddam naturae suae cacumen ostendimus. sed patrandi sceleris possibilitas referri ad bonum non potest, expetenda igitur non est. atqui omnis potentia expetenda est: liquet igitur malorum possibilitatem non esse potentiam. Ex quibus omnibus bonorum quidem potentia malorum uero minime dubitabilis apparet infirmitas ueramque illam Platonis esse sententiam liquet solos quod desiderent facere posse sapientes, improbos uero exercere quidem quod libeat, quod uero desiderent explere non posse. faciunt enim quaelibet, dum per ea quibus delectantur id bonum quod desiderant se adepturos putant: sed minime adipiscuntur, quoniam ad beatitudinem probra non ueniunt.

II Quos uides sedere celsos solii culmine reges
Purpura claros nitente saeptos tristibus armis
Ore toruo comminantes rabie cordis anhelos,
Detrahat si quis superbis vani tegmina cultus,
Iam uidebit intus artas dominos ferre catenas.
Hinc enim libido uersat auidis corda uenenis,
Hinc flagellat ira mentem fluctus turbida tollens

118 quı/ (ſ *er.*) *T* 119 infanı& T^1 | at quidem *K* 121 tamtummodo *E* 122 qui *om.* T^1 124 numerandum T^1 125 omniaquae T^1 | uelud *K* 128 expetanda T^1 132 Platonis] *ut in Gorgia 507 C Alcibiade primo 124 E sqq.* 133 inp. *K* 136 deſiderent *E*

C. II] 2 nitenteſ aeptoſ T^1 ſaeptos *D* 3 cominanteſ *E* | anelos *D* hanelos $T^1\beta^2E$ /ańelos *al. c.* T^2 anhelos *K* 6 auidoſ T^1 audiſ β^1 7 ire β^2 | ^fluctuſ *pr. c.? D*

Maeror aut captus fatigat aut spes lubrica torquet.
Ergo cum caput tot unum cernas ferre tyrannos,
Non facit quod optat ipse dominis pressus iniquis.

III Videsne igitur quanto in caeno probra uoluantur, qua probitas luce resplendeat? In quo perspicuum est numquam bonis praemia numquam sua sceleribus deesse supplicia. rerum etenim quae geruntur illud propter quod unaquaeque res geritur, eiusdem rei praemium esse non iniuria uideri potest: uti currendi in stadio propter quam curritur iacet praemium corona. Sed beatitudinem esse idem ipsum bonum propter quod omnia geruntur ostendimus. est igitur humanis actibus ipsum bonum ueluti praemium commune propositum. Atqui hoc a bonis non potest separari neque enim bonus ultra iure uocabitur qui careat bono: quare probos mores sua praemia non relinquunt. Quantumlibet igitur saeuiant mali, sapienti tamen corona non decidet, non arescet. neque enim probis animis proprium decus aliena decerpit improbitas. Quod si extrinsecus accepto laetaretur, poterat hoc uel alius quispiam uel ipse etiam qui contulisset auferre: sed quoniam id sua cuique probitas confert, tum suo praemio carebit, cum probus esse desierit. Postremo cum omne praemium idcirco appetatur, quoniam bonum esse creditur, quis boni compotem praemii iudicet expertem? At cuius praemii? omnium pulcherrimi maximique. memento etenim corollarii illius quod paulo ante

8 memor T^1 meror $DEKT^2$ | captuſ $D^1T^1E^1\beta$ captoſ *K?A* 9 ergo non caput T^1

P. III] 1 caeno *DTE* | uoluntantur *E* 2 lucere ſplendeat *K* 5 eu(ſ)dem (*pr. c.*) *T* 6 p̃mıũ rei *K* | currendi ω currenti T^2 8 ıd eſt DE^1 id ÷ *K* ıd// *T* ıdẽ *C* idem *BN* id *A* 14 ſeuiant *T'* | tamen *om.* *E* 15 decıd& (ıd *in ras.*) *T* 16 qu(o)d *D* 17 laetarentur E^1 21 omnẽ *K* 22 cum potem T^1K | praemiiudicet *T* 23 /t (a) *E* Ad *K*

praecipuum dedi ac sic collige: Cum ipsum bonum beatitudo sit, bonos omnes eo ipso quod boni sint fieri beatos liquet. sed qui beati sint deos esse conuenit. est igitur praemium bonorum quod nullus deterat dies, nullius minuat potestas, nullius fuscet improbitas, deos fieri. Quae cum ita sint, de malorum quoque inseparabili poena dubitare sapiens nequeat. nam cum bonum malumque item poenae atque praemium aduersa fronte dissideant, quae in boni praemio uidemus accedere eadem necesse est in mali poena contraria parte respondeant. sicut igitur probis probitas ipsa fit praemium, ita improbis nequitia ipsa supplicium est. Iam uero quisquis afficitur poena, malo se affectum esse non dubitat. si igitur sese ipsi aestimare uelint, possuntne sibi supplicii expertes uideri quos omnium malorum extrema nequitia non affecit modo uerum etiam uehementer infecit? Vide autem ex aduersa parte bonorum, quae improbos poena comitetur. omne namque quod sit unum esse ipsumque unum bonum esse paulo ante didicisti, cui consequens est, ut omne quod sit id etiam bonum esse uideatur. hoc igitur modo quidquid a bono deficit esse desistit: quo fit, ut mali desinant esse quod fuerant, sed fuisse homines adhuc ipsa humani corporis reliqua species ostentat. quare uersi in malitiam humanam quoque amisere naturam. Sed cum ultra homines quemque prouehere sola probitas possit, necesse est, ut quos ab humana condicione

25 praecıpıum T^1 | ac ſi *K* 27 ſint T^1DK ſunt *E* | $\overset{c}{\text{n}}$on uenit *K* 30 inſeperabili *T* 31 pena *T* 32 poene DT^1K poen$\overset{a}{\text{ę}}$. T^2 33 deſideant T^1 diſſide$\overset{n}{\text{a}}$t *E* | accedere DT^1E^1G accidere *K?* 35 pro//bıſ (no *uel* bo *er.*) *T* 36 ınpr. *T* | neqꝫ ipſa (*i. e.* nequia ipſa) *K* | eſt *om.* *E*

37 poe/na (n *ex* m) *K* 38 dubit$\overset{a}{\text{e}}$t *K* | aeſtimare *ω* (exſtımare *K*) 40 affecit *TDK* afficit *ECA* 41 infecit *TDK* inficit *ECA* 42 poena *om.* T^1 43 quo fit E^1 46 quidquid *D* quicq. *TE* quod *K* 48 humana T^1 49 quoque/amı/ſere *T* 51 condicione *D*

deiecit, infra hominis meritum detrudat improbitas. euenit igitur, ut quem transformatum uitiis uideas hominem aestimare non possis. Auaritia feruet alienarum opum uiolentus ereptor? lupi similem dixeris. ferox atque inquies linguam litigiis exercet? cani comparabis. insidiator occultus subripuisse fraudibus gaudet? uulpiculis exaequetur. irae intemperans fremit? leonis animum gestare credatur. pauidus ac fugax non metuenda formidat? ceruis similis habeatur. segnis ac stupidus torpit? asinum uiuit. leuis atque inconstans studia permutat? nihil auibus differt. foedis inmundisque libidinibus inmergitur? sordidae suis uoluptate detinetur. Ita fit, ut qui probitate deserta homo esse desierit, cum in diuinam condicionem transire non possit, uertatur in beluam.

III Vela neritii ducis
Et uagas pelago rates
Eurus appulit insulae,
Pulchra qua residens dea
Solis edita semine
Miscet hospitibus nouis
Tacta carmine pocula.
Quos ut in uarios modos
Vertit herbipotens manus,
Hunc apri facies tegit,
Ille marmaricus leo

53 &uenit *K* 55 opũ/ (*er.* ſ) *T* | lıpı T^1 56 ınquıe-tǒſ *K* | conpar. *K* 57 ſubrıp. *ω* | uulpiculiſ T^1DK uulpeculiſ *E* 58 exequ. *T* 60 cerui ſimiliſ *E* 61 torpit T^1D torpet *KE* | torpetaſınũ/Uiuit *K* | ˙in conſtanſ (*al. c.*) *D* 62 defert *K* | fedis T^1E fędis *K* | inmund. *ω* 63 inm. *TEK* 65 deſerıt *E* | condicionem *D*

C. III] 1 Velani retii *K* | neritii *ni f. ex* niretii *c.* *T* neritii NM^2 neretii M^1 nericii *ex* niricii *al. c.* *E* niretii T^1DK naretii *β* naricii *CG* naritii *A* 2 Et] Ut *K* | uagoſ *TC* | pelago/rateſ *T* 3 apulit T^1 4 pulcha (r *superscr.*) *β*

Dente crescit et unguibus.
Hic lupis *s*uper additus,
Flere dum parat, ullulat.
Ille tigris ut indica
Tecta mitis obambulat.
Sed licet uariis malis
Numen Arcadis alitis
Obsitum miserans ducem
Peste soluerit hospitis,
Iam tamen mala remiges
Ore pocula traxerant,
Iam sues cerealia
Glande pabula uerterant
Et nihil manet integrum
Voce corpore praeditis.
Sola mens stabilis super
Monstra quae patitur gemit.
O leuem nimium manum
Nec potentia gramina,
Membra quae ualeant licet,
Corda uertere non ualent.
Intus est hominum uigor
Arce conditus abdita.
Haec uenena potentius
Detrahunt hominem sibi
Dira quae penitus meant
Nec nocentia corpori
Mentis *ul*cere saeuiunt.

13 lupuſ $E^1K^1B^1$ | nuper *ωβ* ſuper *ci. Pulmannus* 14 ullulat *T* ululat *DEK* ulula^{t}/ *β* eiulat *LMueller ci.* *uu.* 15 16 *om. β* | OBAMBVLAT (*ant. c.*) T^1 16 inmitiſ *K* 18 halit/iſ *K* 21 tamen (a *ex c. ant.*) *T* 22 ore (e *in ras. ant.*) *T* | pucula *β* 23 ſueſcere alia *T* 24 glande (l *in ras.*) *T* 26 corpore (e *in ras.*) *T* | praeditiſ *DCRH* per ditiſ (er *in ras.*) *T* perditiſ *Eβ?K?BAN* 28 que *T* 29 leũ^{e} *K* 31 membra *E* *u.* 32 *om. et iuxta u.* 31 *ant. m. minio scriptus T* 37 d/ira (e *er.*) *D* 39 uulnere *ω* ulcere *ci. Vallinus adstipulante ut ait non uno codice* (?) | ſeuiunt *T*

IIII Tum ego: Fateor, inquam, nec iniuria dici uideo uitiosos, tametsi humani corporis speciem seruent, in beluas tamen animorum qualitate mutari: sed quorum atrox scelerataque mens bonorum pernicie saeuit, id ipsum eis licere noluissem. — Nec licet, inquit, uti conuenienti monstrabitur loco. sed tamen si id ipsum quod eis licere creditur auferatur, magna ex parte sceleratorum hominum poena releuetur. Etenim quod incredibile cuiquam forte uideatur, infeliciores esse necesse est malos, cum cupita perfecerint, quam si ea quae cupiunt implere non possint. nam si miserum est uoluisse praua, potuisse miserius est, sine quo uoluntatis miserae langueret effectus. Itaque cum sua singulis miseria sit, triplici infortunio necesse est urgeantur quos uideas scelus uelle posse perficere. — Accedo, inquam, sed uti hoc infortunio cito careant patrandi sceleris possibilitate deserti uehementer exopto. — Carebunt, inquit, ocius quam uel tu forsitan uelis uel illi sese aestiment esse carituros. neque enim est aliquid in tam breuibus uitae metis ita serum quod expectare longum inmortalis praesertim animus putet: quorum magna spes et excelsa facinorum machina repentino atque insperato saepe fine distruitur, quod quidem illis miseriae modum statuit. Nam si nequitia miseros facit, miserior sit necesse est diuturnior nequam: quos infelicissimos esse iudicarem, si non eorum malitiam saltim mors extrema finiret. etenim si de prauitatis infortunio uera conclusimus, infinitam liquet esse miseriam quam esse constat aeternam. — Tum ego:

P. IIII] 2 humanı/ (ſ *er.?*) *T* 4 pernecıe (e *ex* i) *T* 8 releuetur *ω* releuatur *C* 9 cuiq *K* 12 pua (a *ss.*) *K* 13 mıſer/ae *K* | Ita (q; *rec. ss.*) *T* 15 urgeantur *TKD?* urgueantur *E* 16 ınquā *ex* inquit *pr. c.* *T* | ut in hoc *DK* uti hoc *T?EBCA* 18 quem T^1 19 eſtim. *T* 20 mętis *T* moetiſ *K* | exſp. *E* 21 inm. *TEK* 22 et *om.* *K* 23 diſtruitur T^1K diſtribuitur D^1 (bu *er.* i *in* e *al. c.*) deſtruitur *E* 24 miſeria *K* 27 ſaltim *TK* ſaltem D^1E 29 conſtat eſſe *A*

Mira quidem, inquam, et concessu difficilis inlatio, sed his eam quae prius concessa sunt nimium conuenire cognosco. — Recte, inquit, aestimas: sed qui conclusioni accedere durum putat, aequum est uel falsum aliquid praecessisse demonstret uel collationem propositionum non esse efficacem necessariae conclusionis ostendat: alioquin concessis praecedentibus nihil prorsus est quod de inlatione causetur. Nam hoc quoque quod dicam; non minus mirum uideatur, sed ex his quae sumpta sunt aeque est necessarium. — Quidnam? inquam. — Feliciores, inquit, esse improbos supplicia luentes, quam si eos nulla iustitiae poena coerceat. Neque id nunc molior quod cuiuis ueniat in mentem, corrigi ultione prauos mores et ad rectum supplicii terrore deduci, ceteris quoque exemplum esse culpanda fugiendi, sed alio quodam modo infeliciores esse improbos arbitror impunitos, tametsi nulla ratio correctionis nullus respectus habeatur exempli. — Et quis erit, inquam, praeter hos alius modus? — Et illa: Bonos, inquit, esse felices malos uero miseros nonne concessimus? — Ita est, inquam. — Si igitur, inquit, miseriae cuiuspiam bonum aliquid addatur, nonne felicior est eo cuius pura ac solitaria sine cuiusquam boni ammixtione miseria est? — Sic, inquam, uidetur. — Quid si eidem misero qui cunctis careat bonis, praeter ea quibus miser est malum aliud fuerit adnexum,

30 conceſſa *K* | inlatio ω 31 eam quae ω ea quae *A* 32 concluſione *K* 34 demonſtrat *E* | collationem *TBA* collocationem *DEKCN* | propoſſicionum *K* propoſıtıone T^1 35 36 concluſıoni/oſtendat *E* 37 hoc *om.* E^1 39 quę v̄ ſumpta *E* | ſumta *D* | *a*eq. (a *in ras.*) *T* /eque (n *er.*) *K* 40 eſſe inquit *A* | reproboſ *K* inpr. *E* 41 pęna *K* 42 melior *K* 43 in mentem] in *om.* D^1 44 ᵀerrore *D* 45 culpanda *om.* E^1 | fugı^endi *D* | alia T^1 46 inpr. *TE* | inp. *TEK* 47 nulluſ (que *om.*) E^1 | Et//quiſ (ſi *er.*) *K* 48 modoſ *K* 49 //feliceſ (in *er.*) *D* 53 amixione *K* 54 bonıſ//praeter *EK* (*in utroque II litt. erasis*) boniſ eo praeter *RHG* 55 alium T^1 | adnexum ω

nonne multo infelicior eo censendus est cuius infortunium boni participatione releuatur? — Quidni? inquam. — Habent igitur improbi, cum puniuntur, quidem boni aliquid adnexum poenam ipsam scilicet quae ratione iustitiae bona est, idemque cum supplicio carent, inest eis aliquid ulterius mali ipsa impunitas quam iniquitatis merito malum esse confessus es. — Negare non possum. — Multo igitur infeliciores improbi sunt iniusta impunitate donati quam iusta ultione puniti. sed puniri improbos iustum, impunitos uero elabi iniquum esse manifestum est. — Quis id neget? — Sed ne illud quidem, ait, quisquam nega*b*it bonum esse omne quod iustum est contraque quod iniustum est malum liquere. — Respondi tum ego: Ista quidem consequentia sunt eis quae paulo ante conclusa sunt. Sed quaeso, inquam, te, nullane animarum supplicia post defunctum morte corpus relinquis? — Et magna quidem, inquit, quorum alia poenali acerbitate alia uero purgatoria clementia exerceri puto. sed nunc de his disserere consilium non est. Id uero hactenus egimus, ut quae indignissima tibi uidebatur malorum potestas eam nullam esse cognosceres quosque impunitos querebare, uideres numquam improbitatis suae carere suppliciis, licentiam quam cito finiri precabaris nec longam esse disceres infelicioremque fore, si diuturnior, infelicissimam uero, si esset aeterna: post haec miseriores esse improbos iniusta impunitate dimissos quam

57 Quini *E* Quıd (*om.* ni) *K* | *PLángenus transponenda huc censet quae leguntur infra* 65—69 *sic:* Quidni? inquam. *P.* Sed puniri .... malum esse. *B.* Liquet *inquam.* *P.* Habent *etqſ.* 58 59 quidem boni *ω* 59 adnexum *ω* 60 itemque *A* idemque *ω* 61 ulteriorıſ *K* 62 meritum *K* 64 iniuſta] in iuſticiae *K* 65 inpun. *K* 67 negauit *T*[1]*DKE* negabit *A* 69 malum liquere reſpondi *TDK* malum liquet eſſe *EC* m. eſſe liquet *A* 70 ſunt *om.* *E* 71 queſo *T* | te *om.* *E* 72 morte// (m *er.*) *D* | Et] ẹ̃τ *D* 73 pęnali *T* | aceruitate *DK* 75 diſerere *E* | actenuſ *TK* 76 ın-$\overset{\text{niſſima}}{\text{dıg//}}$ (na *er.*) *D* 77 inp. *D* 78 inpr. *E* 79 praecab. *DT* 80 que/ *ex* quae *al. c.* *T* 82 demiſſoſ *DE*

iusta ultione punitos. cui sententiae consequens est, ut tum demum grauioribus suppliciis urgueantur, cum impuniti esse creduntur. — Tum ego: Cum tuas, inquam, rationes considero, nihil dici uerius puto. At si ad hominum iudicia reuertar, quis ille est cui haec non credenda modo sed saltim audienda uideantur? — Ita est, inquit illa. nequeunt enim oculos tenebris assuetos ad lucem perspicuae ueritatis adtollere similesque auibus sunt, quarum intuitum nox inluminat dies caecat: dum enim non rerum ordinem, sed suos intuentur affectus, uel licentiam uel impunitatem scelerum putant esse felicem. Vide autem quid aeterna lex sanciat. Melioribus animum conformaueris, nihil opus est iudice praemium deferente, tu te ipse excellentioribus addidisti: studium ad peiora deflexeris, extra ne quaesieris ultorem, tu te ipse in deteriora trusisti: ueluti si uicibus sordidam humum caelumque respicias, cunctis extra cessantibus ipsa cernendi ratione nunc caeno nunc sideribus interesse uidearis. At uulgus ista non respicit. Quid igitur? hisne accedamus quos beluis similes esse monstrauimus? quid si quis amisso penitus uisu ipsum etiam se habuisse obliuisceretur intuitum nihilque sibi ad humanam perfectionem deesse arbitraretur, num uidentes eadem caecos putaremus? Nam ne illud quidem adquiescent quod aeque ualidis rationum nititur firmamentis: infeliciores eos esse qui faciant quam qui patiantur iniuriam. — Vellem, in-

84 urgueantur *DTE* urgeantur *K?* 85 inp. *EK* 86 87 At ſi] ſi *om. K* 88 ſaltim ω | *ad* audienda *mg. add.* non *E* 90 adtollere *TE* 91 inl. ω 92 cecat *D* 93 uel *om.* *D*[1] | inp. *K* 94 autem *om.* *T*[1] uide enim quid *E* 95 ſanctiat *K* | conf/rmaueriſ (ı *er.*) *D* 97 ad-dediſti *K* | defixeriſ *K* 98 ultorum *T*[1] | deterıora (a *ex c.*) *D* 99 uitibuſ *E* uı//cıbuſ (n *er.*) *K* 100 ratıotıone *E* 101 caeno ω | ad *K* 103 quod *T*[1] 104 penitus *D* pen. *E* poen. *TK* | etiam *om. E* 106 eoſdem *K* 107 adq. ω 108 eoſ eſſe ω eoſ *om. A* 108 109 qui faciant *om. K*

quam, has ipsas audire rationes. — Omnem, inquit, improbum num supplicio dignum negas? — Minime. — Infelices uero esse qui sint improbi multipliciter liquet. — Ita, inquam. — Qui igitur supplicio digni sunt miseros esse non dubitas? — Conuenit, inquam. — Si igitur cognitor, ait, resideres cui supplicium inferendum putares, eine qui fecisset an qui pertulisset iniuriam? — Nec ambigo, inquam, quin perpesso satisfacerem dolore facientis. — Miserior igitur tibi iniuriae inlator quam acceptor esse uideretur. — Consequitur, inquam. Hac igitur aliis de causis ea radice nitentibus, quod turpitudo suapte natura miseros faciat, apparet inlatam cuilibet iniuriam non accipientis sed inferentis esse miseriam. — Atqui nunc, ait, contra faciunt oratores: pro his enim qui graue quid acerbumque perpessi sunt miserationem iudicum excitare conantur, cum magis ammittentibus iustior miseratio debeatur: quos non ab iratis sed a propitiis potius miserantibusque accusatoribus ad iudicium ueluti aegros ad medicum duci oportebat, ut culpae morbos supplicio resecarent. quo pacto defensorum opera uel tota frigeret, uel si prodesse hominibus mallet, in accusationis habitum uerteretur. Ipsi quoque improbi, si eis aliqua rimula uirtutem relictam fas esset aspicere uitiorumque sordes poenarum cruciatibus se depondere uiderent compensatione adipiscendae probitatis, nec hos cruciatus esse ducerent defensorumque operam repudiarent ac se totos accusatoribus iudicibus-

110 ınquid *D* 113 Ita inquam (*om.* eſt) *ω* 118 ſatiſfacerem// *K* | dolore/// (m *er.*) *D* 119 inl. *ω* 120 hac *TD*E^1 haec *K?* hinc T^2E^2 Hinc & de cauſiſ aliiſ *A* aliiſque *nullus ex meis* 121 turbitudo *K* 122 apparat E^1 | inl. *ω* 123 nunc] nun *K* 125 aceruumque T^1 125 126 miſerationem — conantur *om. infra add. D* 125 iudic/um *K* 126 admitentibuſ *K* 127 a *om.* D^1 129 inḍuci *E* 130 pacto *ex* facto *pr. c. T* 131 frigere *K* | accuſationeſ T^1 134 uicior. *T* | cruciatabuſ K^1 | ſede poſituroſ *TC* 136 cruciatoſ *K* 137 toſoſ *K*

que permitterent. Quo fit, ut apud sapientes nullus prorsus odio locus relinquatur. nam bonos quis nisi stultissimus oderit? malos uero odisse ratione caret. nam si, uti corporum languor ita uitiositas quidam est quasi morbus animorum, cum aegros corpore minime dignos odio sed potius miseratione iudicemus, multo magis non insequendi sed miserandi sunt quorum mentes omni languore atrocior urget improbitas.

IIII Quid tantos iuuat excitare motus
Et propria fatum sollicitare manu?
Si mortem petitis, propinquat ipsa
Sponte sua uolucres nec remoratur equos.
Quos serpens leo tigris ursus *acri*
Dente petunt, idem se tamen ense petunt.
An distant quia dissidentque mores,
Iniustas acies et fera bella mouent
Alternisque uolunt perire telis?
Non est iusta satis saeuitiae ratio.
Vis aptam meritis uicem referre?
Dilige iure bonos et miseresce malis.

V Hic ego: Video, inquam, quae sit uel felicitas uel miseria in ipsis proborum atque improborum meritis constituta. Sed in hac ipsa fortuna populari non nihil boni maliue inesse perpendo. neque enim sapientum quisquam exul inops ignominiosusque esse malit

141 langor *T*¹*K* | quidam eſt *DEK* quıdã|//// eſt (ã *mg. al. add.*) *T* 142 animarum *T*¹ 143 dignuſ *D*¹ 145 omni *om.* *D*¹ | langore *T* languore *EDK* | urguet *EK* urget *TD*

C. IIII] 2 f/atum (l *er.*) *D* 4 re//moratur (me *er.*) *D* 5 trigriſ *K* | aper ω apri *ci.* *Vallinus* acri *Obbarius* 6 idem ω | ſe/tamen (t *er.*) *K* | tamen^en ſe (*rec. c.*) *D* 7 diſſidenturque *K* 8 uouent *K* 9 te/lıſ (l *er.*) *D*

P. V] 3 ın *om.* *E*¹ | non *om.* *D*¹ 4 ſapient*um* (ũ *in ras.*) *D* ſapientum *TEK* ſapientium *A* 5 *q*uiſque (*prius* q *in ras.* ſ *litt.*) *D* | exul *om.* *K* | inobſ *K*

potius quam pollens opibus honore reuerendus potentia ualidus in sua permanens urbe florere. Sic enim clarius testatiusque sapientiae tractatur officium, cum in contingentes populos regentium quodam modo beatitudo transfunditur, cum praesertim carcer lex ceteraque legalium tormenta poenarum perniciosis potius ciuibus propter quos etiam constitutae sunt debeantur. Cur haec igitur uersa uice mutentur scelerumque supplicia bonos premant, praemia uirtutum mali rapiant, uehementer ammiror quaeque tam iniustae confusionis ratio uideatur ex te scire desidero. Minus etenim mirarer, si misceri omnia fortuitis casibus crederem. nunc stuporem meum deus rector exaggerat. qui cum saepe bonis iucunda malis aspera contraque bonis dura tribuat malis optata concedat, nisi causa deprehenditur, quid est quod a fortuitis casibus differre uideatur? — Nec mirum, inquit, si quid ordinis ignorata ratione temerarium confusumque credatur. sed tu quamuis causam tantae dispositionis ignores, tamen quoniam bonus mundum rector temperat, recte fieri cuncta ne dubites.

V Si quis Arcturi sidera nescit
Propinqua summo cardine labi,
Cur legat tardus plaustra Bootes
Mergatque seras aequore flammas,

10 carcer//ceteraque (et *er. uidetur*) *K* carcereſ caeteraque *G* carcer///^{ex}ceteraque *D* carcer lex cet. *TE* carcer nex cet. *R et hoc ci. Obbarius* c. nexus *ci. Vulpius* 11 pernitiofiſ *E* pernetiofis (e *ex* i) *T* 12 quod (ſ *ss. pr.*) *D* | constitutae DT^1A conſtitute *E* conſtituta KT^2 13 mutantur E^1 14 bono^{ſ} (*pr. c.*) *T* | praemant *D* premunt *K* 15 adm. *K* | iniuſte *D* quę tam in iniuſte *K* 16 etenim] etiam *E* 18 rectur D^1 19 iuc. *DK* ioc. *TE* 20 deprehenditur *ω* 21 diffe^{r}re (*pr. c.*) *T* 22 inquid *K*

C. V] 3 regat *ci. Sitzmannus ex Octauiae u. 239*

Cum nimis celeres explicet ortus,
Legem stupebit aetheris alti.
Palleant plenae cornua lunae
Infecta metis noctis opacae
Quaeque fulgenti texerat ore
Confusa Phoebe detegat astra:
Commouet gentes publicus error
Lassantque crebris pulsibus aera.
Nemo miratur flamina cori
Litus frementi tundere fluctu
Nec niuis duram frigore molem
Feruente Phoebi soluier aestu.
Hic enim causas cernere promptum est,
Illic latentes pectora turbant.
Cuncta quae rara prouehit aetas
Stupetque subitis mobile uulgus.
Cedat inscitiae nubilus error,
Cessent profecto mira uideri.

VI Ita est, inquam; sed cum tui muneris sit latentium rerum causas euoluere uelatasque caligine explicare rationes, quaeso uti quae hinc decernas, quoniam hoc me miraculum maxime perturbat, edisseras. — Tum illa paulisper arridens: Ad rem me, inquit, omnium quaesitu maximam uocas, cui uix exhausti

5 celeres] *suspecta haec uox* 7 pallant T^1 8 opaceae *K* 9 queque *T* 11 puplicuſ *E* 12 laſſanque T^1 Laſcentq; *K* 13 chori *ω* 14 frem̃tıſ/tundere *K* frumenti T^1 | fluct' *K* flucti T^1 16 feruenti T^1 | ſoluere ab eſtu *K*

17 prumptum *K* promtum *DE* 18 latanteſ *K* | turbent (a *suprascr.*) *D* turbent *N* 19 rara *DTE* rare *K* raro *A* 20 ſubıт. (ıſ *suprascr.*) *D* ſubituſ K^1 21 caedat *T* | inſciti *ci. Callyus* 22 ceſſant T^1

P. VI] 3 utique *DTE* utq̃: *K* uti quę *A* uti (*om.* que) *C* | decernaſ quoniam *TDKA* decernaſ & quō *E* decernaſ/// et quoniam (ſed *ni f. er.*) *C* 4 me *om. K* 5 ar/rıdenſ (i *er.*) *D* 6 exauſti T^1D^1K

quicquam satis sit. talis namque materia est, ut una dubitatione succisa innumerabiles aliae uelut hydrae capita succrescant: nec ullus fuerit modus, nisi quis eas uiuacissimo mentis igne coerceat. In hac enim de prouidentiae simplicitate de fati serie de repentinis casibus de cognitione ac praedestinatione diuina de arbitrii libertate quaeri solet, quae quanti oneris sint ipse perpendis. Sed quoniam haec quoque te nosse quaedam medicinae tuae portio est, quamquam angusto limite temporis saepti tamen aliquid deliberare conabimur. Quod si te musici carminis oblectamenta delectant, hanc oportet paulisper differas uoluptatem, dum nexas sibi ordine contexo rationes. — Vt libet, inquam. — Tum uelut ab alio orsa principio ita disseruit: Omnium generatio rerum cunctusque mutabilium naturarum progressus et quidquid aliquo mouetur modo, causas ordinem formas ex diuinae mentis stabilitate sortitur. Haec in suae simplicitatis arce composita multiplicem regendi modum statuit: qui modus cum in ipsa diuinae intellegentiae puritate conspicitur, prouidentia nominatur: cum uero ad ea quae mouet atque disponit refertur, fatum a ueteribus appellatum est: quae diuersa esse facile liquebit, si quis utriusque uim mente conspexerit. Nam prouidentia est ipsa illa diuina ratio in summo omnium principe constituta quae cuncta disponit: fatum uero inhaerens rebus mobilibus dispositio per quam prouidentia suis quaeque nectit ordinibus. Prouidentia namque cuncta pariter quamuis

7 quicquam *ω* quicq *K* 8 ſucciſſa *KC* | hydre *T* 10 co/erceat (h *er.*) *T'* 11 repenti/n/ıſ *K* | caſſıbuſ *K* 12 praediſtinatione *D* praediſtinctione *K* 13 quaeri *ex* quaeſti *pr. c. T* | qua*n* quā (n *ex* m) *T* 16 ſaepti *D* | delib/rare *K* delibare *ci. Pulmannus*, *scriptam lectionem dicit Bernartius* 18 oportet *om.* D^1 19 contex/oq; *K* | orationeſ T^1C 20 Tunc DT^2C Tum T^1EK | deſeruit *K* 22 quidquid *D* quicq. *TKE* 25 rebuſ gerendiſ *E* regendiſ (*om.* rebuſ) *TDK* regendi *scripsi* 27 eaq; *K* 30 illa ipſa *A* 31 ſumo *K* 32 inherens *T* 34 quam (uiſ *om.*) D^1

diuersa quamuis infinita complectitur, fatum uero singula digerit in motum locis formis ac temporibus distributa: ut haec temporalis ordinis explicatio in diuinae mentis adunata prospectum prouidentia sit, eadem uero adunatio digesta atque explicata temporibus fatum uocetur. Quae licet diuersa sint, alterum tamen pendet ex altero. ordo namque fatalis ex prouidentiae simplicitate procedit. sicut enim artifex faciendae rei formam mente praecipiens mouet operis effectum et quod simpliciter praesentarieque prospexerat, per temporales ordines ducit: ita deus prouidentia quidem singulariter stabiliterque facienda disponit, fato uero haec ipsa quae disposuit multipliciter ac temporaliter amministrat. Siue igitur famulantibus quibusdam prouidentiae diuinis spiritibus fatum exercetur seu anima seu tota inseruiente natura seu caelestibus siderum motibus seu angelica uirtute seu daemonum uaria sollertia seu aliquibus horum seu omnibus fatalis series texitur: illud certe manifestum est immobilem simplicemque gerendarum formam rerum esse prouidentiam, fatum uero eorum quae diuina simplicitas gerenda disposuit mobilem nexum atque ordinem temporalem. Quo fit, ut omnia quae fato subsunt prouidentiae quoque subiecta sint cui ipsum etiam subiacet fatum, quaedam uero quae sub prouidentia locata sunt fati seriem superent. ea uero sunt quae primae propinqua diuinitati stabi-

35 conpl. *K* 36 dirigit *K* | immotum T^1 38 mentiſ *om.* *K* | proſpectum *TDE* proſpectu *KA* | prouidentia/ ſit *K* 39 degeſta E^1 40 pendit *K* 42 faciend/aerei (i *er.*) *K* 43 praecipienſ *TD* percipienſ *EK* | efectum D^1 44 praeſentariaeque *D* praeſentarie *que* (eque *in ras. pr. ni f.*) *T* praeſentari aeque *E* praeſentari aequę *K* | proſpexerat *ω* proſpexit *A* 46 ſtabiliter *om.* E^1 47 aminiſtrat *K* 48 quibus (*om.* dam) T^1 49 diuinae *K* 51 ſolertia *TK* ſoll. *DE* 52 fataliſ *om.* T^1 53 inm. *E* 55 erum (o *above*) *E* (*E*) 57 ſub ſunt (ſ *in ras. litt.* d *pr.*) *D* 58 *inde a* fatum *usque ad* p. VII 8 *deficit E* 59 quae /// (ſub *above*) prou. *pr. c.* *D* | locuta T^1

liter fixa fatalis ordinem mobilitatis excedunt. Nam ut orbium circa eundem cardinem sese uertentium qui est intimus ad simplicitatem medietatis accedit ceterorumque extra locatorum ueluti cardo quidam circa quem uersentur existit, extimus uero maiore ambitu rotatus quanto a puncti media indiuiduitate discedit tanto amplioribus spatiis explicatur, si quid uero illi se medio conectat et societ, in simplicitatem cogitur diffundique ac diffluere cessat: simili ratione quod longius a prima mente discedit maioribus fati nexibus implicatur ac tanto aliquid fato liberum est quanto illum rerum cardinem uicinius petit. Quod si supernae mentis haeserit firmitati, motu carens fati quoque supergreditur necessitatem. Igitur uti est ad intellectum ratiocinatio, ad id quod est id quod gignitur, ad aeternitatem tempus, ad punctum medium circulus: ita est fati series mobilis ad prouidentiae stabilem simplicitatem. Ea series caelum ac sidera mouet, elementa in se inuicem temperat et alterna commutatione transformat: eadem nascentia occidentiaque omnia per similes fetuum seminumque renouat progressus. haec actus etiam fortunasque hominum indissolubili causarum conexione constringit, quae cum ab immobilis prouidentiae proficiscatur exordiis, ipsas quoque immutabiles esse necesse est. Ita enim res optime reguntur, si manens in diuina mente simplicitas indeclinabilem causarum ordinem promat. hic uero ordo res mutabiles et alioquin temere fluituras propria incommutabilitate coher-

63 c eterorumque (*pr. c.*) *T* 65 exiſtat *T* | ex//timuſ (iſ *er.*) *D* | ro/atuſ (t *superscr.*) *D* 66 diſce/dit *K* 67 ſı//quıd *T* | illiſ (e *om.*) *K* 78 con/ect*at* (at *in ras.*) *T* | ſimplicitate *K* 69 ac] ad *D* | difluere *K* 72 Quo ſi *K* | he/erıt (ſ *in ras. al.*) *T* 74 ratiocinacio *T* 78 elimenta *T* aelementa *DK* 83 immobil*i/* (iſ *in ras.*) *D* 84 exordiſ *D* | ipſaſ *DT*¹*K* ipſam *A* | immutabileſ *DT*¹*K* immutabilem *A* 85 obtime *K* 88 fluituraſ *ω* fluitanteſ *N* | ıncommubilitate *T*¹ | coherceat *ω*

ceat. quo fit, ut tametsi uobis hunc ordinem minime considerare ualentibus confusa omnia perturbataque uideantur, nihilo minus tamen suus modus ad bonum dirigens cuncta disponat. Nihil est enim quod mali causa ne ab ipsis quidem improbis fiat: quos, ut uberrime demonstratum est, bonum quaerentes prauus error auertit, ne dum ordo de summi boni cardine proficiscens a suo quoquam deflectat exordio. Quae uero, inquies, potest ulla iniquior esse confusio, quam ut bonis tum aduersa tum prospera, malis etiam tum optata tum odiosa contingant? num igitur ea mentis integritate homines degunt, ut quos probos improbosue censuerunt eos quoque uti existimant esse necesse sit? atqui in hoc hominum iudicia depugnant et quos alii praemio alii supplicio dignos arbitrantur. Sed concedamus, ut aliquis possit bonos malosque discernere: num igitur poterit intueri illam intimam temperiem, uelut in corporibus dici solet, animorum? non enim dissimile est miraculum nescienti, cur sanis corporibus his quidem dulcia illis uero amara conueniant: cur aegri etiam quidam lenibus quidam uero acribus adiuuantur? at hoc medicus, qui sanitatis ipsius atque aegritudinis modum temperamentumque dinoscit, minime miratur. Quid uero aliud animorum salus uidetur esse quam probitas? quid aegritudo quam uitia? quis autem alius uel seruator bonorum uel malorum depulsor quam rector ac medicator mentium deus? qui cum ex alta prouidentiae specula respexit, quid unicuique conueniat agnoscit et quod conuenire nouit accommodat. Hic iam fit illud fatalis ordinis insigne miraculum, cum ab

90 -que] quae *T* 91 nihil hominuſ *T'* 92 cunta D^1 93 abſiſ (ip *om.*) T^1 | inp. *K* 95 proficienſ *DKA* profiſciſcenſ *T? C?* 96 quoq, *K* 97 ınquıor T^1 98 obtata *K* 100 inpr. *K* | cenſuerunt T^1DK cenſuerint *CA* 101 ut ex. *K* 103 concidamuſ T^1 107 cur in ſaniſ *K* 109 adiuuantur T^1DK adiuuentur *CA* 113 autem *om.* T^1
116 reſpexit TK^1D reſpi/cit *ex* reſpexit *K* reſpicit *C* reſpexerit *A* | quod K^1 117 hic ω hinc *C*

sciente geritur quod stupeant ignorantes. nam ut pauca quae ratio ualet humana de diuina profunditate perstringam: de hoc quem tu iustissimum et aequi seruantissimum putas omnia scienti prouidentiae diuersum uidetur. et uictricem quidem causam dis, uictam uero Catoni placuisse familiaris noster Lucanus ammonuit. Hic igitur quidquid citra spem uideas geri, rebus quidem rectus ordo est, opinioni uero tuae peruersa confusio. Sed sit aliquis ita bene moratus, ut de eo diuinum iudicium pariter et humanum consentiat, sed est animi uiribus infirmus: cui si quid eueniat aduersi, desinet colere forsitan innocentiam per quam non potuit retinere fortunam. parcit itaque sapiens dispensatio ei quem deteriorem facere possit aduersitas, ne cui non conuenit laborare patiatur. Est alius cunctis uirtutibus absolutus sanctusque ac deo proximus. hunc contingi quibuslibet aduersis nefas prouidentia iudicat adeo, ut ne corporeis quidem morbis agitari sinat. nam ut quidam me quoque excellentior: ΑΝΔΡΟϹ ΔΗ ΙΕΡΟΥ ΔΕΜΑϹ ΑΙΘΕΡΕϹ ΟΙΚΟΔΟΜΗϹΑΝ. Fit autem saepe, uti bonis summa rerum regenda deferatur, ut exuberans retundatur improbitas. Aliis mixta quae-

120 rati/oualet T^1 121 ſerua/tiſſimum (n *er.*) K 123 Quod et uictr. (quod *er.*) K | diſ DT dõ K 124 *Lucanus Phars. I 126* „Victrix cauſa deis placuit ſed uicta Catoni" 125 quidquid D quicq. TK 126 quidem rectus ω rectuſ/quidem (q *er.*) A | opinione (*pr. c.*) D 127 ſed ſi al. K | ut//deo (ui *er., unum* e *om.*) K 128 pariter et humanum T^1A p. humanumque T^2 *ceteri* 129 ueniat K 130 deſinat K 134 ſactuſque (n ss.) T 137 quidam] *sine dubio Parmenides cuius relliquiis h. u. addas cf.* περὶ φύσεως *u. 116 et 146 sqq.* | ait *ss.* H *om.* ω | ꙋΝΔΡΟϹ DT ꙋΝΛΡΟϹ K 137 138 ΔΗΕΡΟΥ DT *mg.* /ΔΗΥΙΡΟΥ̇· (*rasura ante* Δ) T^1 ΔΗΥΙΕΡΟΥ T^2 ꙋΝΥ̇.Ε.Ρ.ΟΥ̇.ΕΡΟΥ̇ K δὴ ἱεροῦ *ego* 138 ΔꙋΙΜꙋϹ TDR ΔꙋΙΝꙋϹ K δέμας *ego et sic MHauptius Hermae III (1868) 146* | ꙋΙΘΕΡΕϹ DK ꙋ·ΙΕΘΕΡϹ (ϵ *al. ss.*) T | ΟΙΚΟΔΟΜΗϹꙋΝ DT ΟΙ·ΚꙋꙋΟΛΧΝΙϹꙋΝ: K 139 ſepe T | boniſumma T^1 140 inpr. K

dam pro animorum qualitate distribuit: quosdam remordet, ne longa felicitate luxurient: alios duris agitari, ut uirtutes animi patientiae usu atque exercitatione confirment. Alii plus aequo metuunt quod ferre possunt, alii plus aequo despiciunt quod ferre non possunt. hos in experimentum sui tristibus ducit. Nonnulli uenerandum saeculi nomen gloriosae pretio mortis emerunt: quidam suppliciis inexpugnabiles exemplum ceteris praetulerunt inuictam malis esse uirtutem: quae quam recte atque disposite et ex eorum bono quibus accedere uidentur fiant, nulla dubitatio est. Nam illud quoque, quod improbis nunc tristia nunc optata proueniunt, ex eisdem ducitur causis: ac de tristibus quidem nemo miratur, quod eos male meritos omnes existimant. quorum quidem supplicia tum ceteros ab sceleribus deterrent, tum ipsos quibus inuehuntur emendant: laeta uero magnum bonis argumentum loquuntur, quid de huiusmodi felicitate debeant iudicare quam famulari saepe inprobis cernant. In qua re illud etiam dispensari credo, quod est forsitan alicuius tam praeceps atque inportuna natura, ut eum in scelera potius exacerbare possit rei familiaris inopia: huius morbo prouidentia collatae pecuniae remedio medetur. Hic foedatam probris conscientiam expectans et se cum fortuna sua comparans forsitan pertimescit, ne cuius ei iucundus usus est, sit tristis amissio. mutabit igitur mores ac dum fortunam metuit

142 longe *K* | luxorient *TD*¹ luxur. *K* 143 *fort. leg.* agitari ſinit | uirtutıſ *T*¹*D* uirtuteſ *K* 144 ferre///poſſunt (non *er.*) *D* 145 qu°/d *D* 146 exprimentum *K* 147 praetio *DT* 149 mali *K* 150 rectę *K* | diſpoſitae *K* 151 accedere ω accidere *CA* 152 inpr. *K* | triſticia *KC*¹ 153 obtata *K* 154 malo *DK* male *TCA* 156 tum *om. K* 158 loquantur *T*¹ | quod *T*¹ 159 inpr. *K* 161 inp. ω | natura *om. K* 162 exaceruare *T*¹*DK* exacerbare *CA* 163 collecte *K* | paecuniae *D* 164 fed. *TK* | expectanſ ω ſpectanſ *A* 165 ſua *om. K*¹*C* 166 nec/uıuſ (h *er.*) *K* | iuc. *DT* ioc. *K* 167 amiſio *K*

amittere, nequitiam derelinquit. Alios in cladem meritam praecipitauit indigne acta felicitas: quibusdam permissum puniendi ius, ut exercitii bonis et malis esset causa supplicii. nam ut probis atque improbis nullum foedus est, ita ipsi inter se improbi nequeunt conuenire. quidni cum a semet ipsis discerpentibus conscientiam uitiis quisque dissentiat faciantque saepe, quae cum gesserint non fuisse gerenda decernant? Ex quo saepe summa illa prouidentia protulit insigne miraculum, ut malos mali bonos facerent. nam dum iniqua sibi a pessimis quidam perpeti uidentur, noxiorum odio flagrantes ad uirtutis frugem rediere, dum se eis dissimiles student esse quos oderant. Sola est enim diuina uis cui mala quoque bona sint, cum eis competenter utendo alicuius boni elicit effectum. ordo enim quidam cuncta complectitur, ut quod adsignata ordinis ratione decesserit, hoc licet in alium, tamen ordinem relabatur, ne quid in regno prouidentiae liceat temeritati. ΑΡΓΑΛΕΟΝ ΔΕ ΜΕ ΤΑΥΤΑ ΘΕΟΝ ΩΣ ΠΑΝΤ᾽ ΑΓΟΡΕΥΕΙΝ. neque enim fas est homini cunctas diuinae operae machinas uel ingenio comprehendere uel explicare sermone. Hoc tantum perspexisse sufficiat, quod naturarum omnium proditor deus idem ad bonum dirigens cuncta disponat dumque ea quae protulit in sui similitudinem retinere festinat, malum

168 derelinquid *D* | aliof *om.* T^1 169 precip. *T* | acta ω aucta *Vict. II; in T ante* acta *litterae* auct *erasae uidentur* 172 nulluf T^1 172—174 neque[unt — quiſque] diſſentiat *quae uncinis inclusi om. K* 174 quiſque ω*A* | diſſentiat ω*A* 177 Nondum *K* 178 inqua (i *om.*) DT^1 180 quo^ſ (*pr. c.*) *D* 181 ſint *DK?* ſunt $T^1C?A$ 182 affectum *K* 183 conpl. *K* | adſignata (*om.* ab) DT^1 ad ſigna *K* ab aſſignata *C* ab ſignata *A* 184 185 tamen in ord.] in *om.* ω*A* 186 ἀΡΤἀΛΕΟΝ K^1 187 ΠἀΝΤἀ·ΓΟΡΕΫΕΙΝ *sic dist. TK* ΡΟΡΕΥΕΙΝ *K* | *Homeri M 176 ubi* ἀγορεῦϲαι *IBekker 1858* 189 perſpexiſſe *DTA* proſp. *KC* 191 a^dbonum *K* ^adbonum (*pr. c.*) *D* | cunta D^1 | diſponat ω *et A* 192 ſimilitudinem ω ſimilitudine *A*

omne de reipublicae suae terminis per fatalis seriem necessitatis eliminet. quo fit, ut quae in terris abundare creduntur, si disponentem prouidentiam spectes, nihil usquam mali esse perpendas. Sed uideo te iam dudum et pondere quaestionis oneratum et rationis prolixitate fatigatum aliquam carminis expectare dulcedinem: accipe igitur haustum quo refectus firmior in ulteriora contendas.

VI Si uis celsi iura tonantis
Pura sollers cernere mente,
Aspice summi culmina caeli.
Illic iusto foedere rerum
Veterem seruant sidera pacem.
Non sol rutilo concitus igne
Gelidum Phoebes impedit axem
Nec quae summo uertice mundi
Flectit rapidos ursa meatus
Numquam occiduo lota profundo
Cetera cernens sidera mergi
Cupit oceano tinguere flammas.
Semper uicibus temporis aequis
Vesper seras nuntiat umbras
Reuehitque diem Lucifer almum.
Sic aeternos reficit cursus
Alternus amor, sic astrigeris
Bellum discors exulat oris.
Haec concordia temperat aequis
Elementa modis, ut pugnantia

194 eliminet *ω* eliminat *A* | habund. *T* 195 ſpecteſ (e *in ras. al.*) *T* 197 queſt. *DT* | honoratum *K* | prolexi-tate (*pr. c.*) *D* 200 ulte.ra [rio] (*pr. c.*) *D*

C. VI] *uersuum ordo: 1—17 35—41 18—34 42—48 K* 2 Dura *K* | ſolerſ *Kβ* 3 celſi *β* 4 Illi *K* 5 ſeruent *β* 7 phebes *D* | impeditaχ·ẽ *K* 10 occidua *K* 12 occeano *K* | tinguere *DTKβ* 18 exſulat *D* | oris T^2 20 pugnantia *LMueller de r. m. p. l. 147 uitiosum iudicauit*

Vicibus cedant umida siccis
Iungantque fidem frigora flammis,
Pendulus ignis surgat in altum
Terraeque graues pondere sidant.
Isdem causis uere tepenti
Spirat florifer annus odores,
Aestas cererem feruida siccat,
Remeat pomis grauis autumnus,
Hiemem defluus inrigat imber.
Haec temperies alit ac profert
Quidquid uitam spirat in orbe.
Eadem rapiens condit et aufert
Obitu mergens orta supremo.
Sedet interea conditor altus
Rerumque regens flectit habenas
Rex et dominus fons et origo
Lex et sapiens arbiter aequi
Et quae motu concitat ire,
Sistit retrahens ac uaga firmat.
Nam nisi rectos reuocans itus
Flexos iterum cogat in orbes,
Quae nunc stabilis continet ordo
Dissaepta suo fonte fatiscant.
Hic est cunctis communis amor
Repetuntque boni fine teneri,
Quia non aliter durare queant,
Nisi conuerso rursus amore
Refluant causae, quae dedit esse.

21 umida *DK* hum. *T* 24 grauiſ *K* | ſıdeant *K* 25 Hiſdem *TKβ* Hiſ de *D?A* Iſ de *C* Iiſdem *ci. Vulpius* Iſdem *ego* | cauſı *K* | tepenti *ωβ* 27 ſererem *K* 28 aut. *ωβ* 29 inr. *ω* 30 proferat *T*[1] 31 quidq. *D* quicq. *TKβ* 32 et] ut *K* | aufer/t (a *er.?*) *K* 33 uergenſ *K* | ortu *T*[1]

34 altuſ ÷ *K* 35 rer[v]ẹmque (*pr. c.*) *T* Rarumque *K* | flectı[h].abenas (h *pr. ss.*, t *om.*) *T* 40 reuocat *K* | ſituſ *K* itu[s]ṃ *D* 41 iteratim *β* | coga[t]ſ *D* | in urbeſ *DT*[1] 43 diſſepta *ωβ* | *cf.* V 3 107 46 dura requeant *T* 48 reflu[a]//nt (*al. c.*) *T*

VII Iamne igitur uides quid haec omnia quae diximus consequatur? — Quidnam? inquam. — Omnem, inquit, bonam prorsus esse fortunam. — Et qui id, inquam, fieri potest? — Attende, inquit: cum omnis fortuna uel iucunda uel aspera tum remunerandi exercendiue bonos tum puniendi corrigendiue improbos causa deferatur, omnis bona quam uel iustam constat esse uel utilem. — Nimis quidem, inquam, uera ratio et si quam paulo ante docuisti prouidentiam fatumue considerem, firmis uiribus nixa sententia. sed eam si placet inter eas quas inopinabiles paulo ante posuisti numeremus. — Qui? inquit. — Quia id hominum sermo communis usurpat et quidem crebro quorundam malam esse fortunam. — Visne igitur, inquit, paulisper uulgi sermonibus accedamus, ne nimium uelut ab humanitatis usu recessisse uideamur? — Vt placet, inquam. — Nonne igitur bonum censes esse, quod prodest? — Ita est, inquam. — Quae uero aut exercet aut corrigit, prodest? — Fateor, inquam. — Bona igitur? — Quidni? — Sed haec eorum est qui uel in uirtute positi contra aspera bellum gerunt uel a uitiis declinantes uirtutis iter arripiunt. — Negare, inquam, nequeo. — Quid uero iucunda, quae in praemium tribuitur bonis, num uulgus malam esse decernit? — Nequaquam. uerum uti est ita quoque esse optimam censet. — Quid reliqua, quae cum sit aspera, iusto supplicio malos cohercet, num bonam populus putat? — Immo omnium, inquam, quae excogitari possunt,

P. VII] 3 inquid *D* 3 4 qui id inquam *DH* quıdınquam *T*¹ quı/ınquam (d *er.*) *K* qui inquam *CA* 4 inquid *D* 5 iuc. *TD* ioc. *K* 7 quam] q̃ *K* 8 inquam] *denuo incipit E* *E* 8 9 ratio eſt et *A* eſt *om.* *ω* 10 nixa] iuxta *K* 12 Quı/ınquit (d *er.*) *K* | id hominum *ω* ıd ınq̃ hom. *C* inquam *ss. al.* *T* 14 parumper *K* 15 accedamur *E*¹ | uel ab *K* 16 recıſſe *T*¹ 17 Omne igitur *K* 18 Ita inquam *K* | exerceat *K* 23 iuc. *D* ioc. *TEK* 24 mala *DT*¹ malam *EK* 26 reliqua *T*¹*DK* reliquam *EA* | aſpera et iuſto *E* 27 ſupplıo *T*¹ | cohercet *TDE* coercet *E* | bonum *K*

iudicat esse miserrimam. — Vide igitur, ne opinionem populi sequentes quiddam ualde inopinabile confecerimus. — Quid? inquam. — Ex his enim, ait, quae concessa sunt, euenit eorum quidem qui uel sunt uel in possessione uel in prouectu uel in adeptione uirtutis, omnem quaecumque sit bonam, in improbitate uero manentibus omnem pessimam esse fortunam. — Hoc, inquam, uerum est, tametsi nemo audeat confiteri. — Quare, inquit, ita uir sapiens moleste ferre non debet, quotiens in fortunae certamen adducitur, ut uirum fortem non decet indignari, quotiens increpuit bellicus tumultus. utrique enim huic quidem gloriae propagandae illi uero conformandae sapientiae difficultas ipsa materia est. ex quo etiam uirtus uocatur quod suis uiribus nitens non superetur aduersis. Neque enim uos in prouectu positi uirtutis diffluere deliciis et emarcescere uoluptate uenistis: proelium cum omni fortuna, a nimis acre, conseritis, ne uos aut tristis opprimat aut iucunda corrumpat: firmis medium uiribus occupate. quidquid aut infra subsistit aut ultra progreditur, habet contemptum felicitatis, non habet praemium laboris. in uestra enim situm manu qualem uobis fortunam formare malitis. omnis enim quae uidetur aspera nisi aut exercet aut corrigit punit.

VII Bella bis quinis operatus annis
Vltor Atrides Phrygiae ruinis

29 iudicant *T*[1] | Vide te igitur *E*[1] 31 quę *om.* *E*[1] 32 qui uel ſunt uel in poſſ. *TD* qui uel ſunt in poſſ. *KC* qui ſunt uel in p. *EA* | uel in pr. uel in adu. *ω* 33 poſſe//ione (ſſ *in ras.*) *E* 34 omnem quamcumque ſibi bonam *K* 37 //ut (& *er.*) *D* 40 utique *K* 41 conformandae *ω* (-de *T*) 44 defluere *K* | dılıcıſ *T*[1] 45 emarceſſere debetiſ uoluptate; Ueniſte *K* | prolıum *E* 46 animiſ *DT*[1]*E*[1]*B*[1]*HR* l'a //nımıſ (a *er. al. c.*) *T* ac nimıſ *K* nimiſ *A* *scripsi* a! nimis 47 ioc. *ω* | firmiſ *om.* *E*[1] 48 occupa/te (t *er.*) *K* | quidq: *D* quicq. *TEK* | aut *ω* autem aut *ci.* *Obbarius* 49 progregitur *K* 50 enim *om.* *E* | ſitum eſt *A* eſt *om.* *ω* 51 enimq; *K* 52 aut] at *T*[1]

C. VII] 2 atrıde/ (s *pr. c.*) *D*

Fratris amissos thalamos piauit.
Ille dum graiae dare uela classi
Optat et uentos redimit cruore,
Exuit patrem miserumque tristis
Foederat natae iugulum sacerdos.
Fleuit amissos Ithacus sodales
Quos ferus uasto recubans in antro
Mersit inmani Polyphemus aluo.
Sed tamen caeco furibundus ore
Gaudium maestis lacrimis rependit.
Herculem duri celebrant labores.
Ille Centauros domuit superbos,
Abstulit saeuo spolium leoni
Fixit et certis uolucres sagittis,
Poma cernenti rapuit draconi
Aureo laeuam grauior metallo,
Cerberum traxit triplici catena.
Victor immitem posuisse fertur
Pabulum saeuis dominum quadrigis.
Hydra combusto periit ueneno,
Fronte turpatus Achelous amnis
Ora demersit pudibunda ripis.
Strauit Antaeum libycis harenis,
Cacus Euandri satiauit iras
Quosque pressurus foret altus orbis
Saetiger spumis umeros notauit.

4 gra/ıae *T* gra/ıę *K* gráte *β* | claſſıſ *β* 6 Ex/uıt *K* 7 Foederat DT^2CB^1 foedera $T^1K\beta$ fed*a*rat (ar? ær?) *E* foedarat C^2HRM^1 foderat AB^2N | na/te (n *er.*) *K* 8 itacuſ *K* itachuſ *β* | ſodoleſ D^1 9 feroſ *D* | uaſto/rec. *T* 10 Merſıſ *E* | imani T^1 inm. *DEK* | albo D^1T^1 11 cae/o (c *ss.*) (*al.* c.) *E* 14 centauruſ T^1E^1 17 cernendi *K* 18 laeuam *DTK* leuam *Eβ* leua *A* 19 taxıt (r *ss.*) *D* 20 Uıctore inmittem *K* 23 achelo/uſ (e *er.*) *E* 25 antheum *DTβ* ant*h*eum (h *al.*) *E* antehũ *K* | libycis *D* lypiciſ T^1 27 Quoſque *TDKβ* Quıſqu/e (a *er.*) *E* quiſque *A* | preſſuſ T^1D preſſuruſ *KA* compreſſuſ *Eβ* con *ss.* T^2 28 ſaet. *DTK* | umeros *DT*

Vltimus caelos labor inreflexo
Sustulit callo pretiumque rursus
Vltimi caelum meruit laboris.
Ite nunc fortes ubi celsa magni
Ducit exempli uia. cur inertes
Terga nudatis? superata tellus
Sidera donat.

29 Vultimuſ *E* | caelo *ω* celo *β* caelos *scripsi* caelum *CAN* | inrefl. *ωβ* 31 ultimo T^1 | celum *D* 34 nudatuſ T^1 35 domat *Kβ* | *uu.* 34 35 *coniuncti KC*

ANICII MANLII SEVERINI BOETII

VC. ET INL. EX CONSL. ORD. EXMAG. OFF. ATQVE PATRICII

PHILOSOPHIAE CONSOLATIONIS

LIBER QVARTVS EXPLICIT INCIPIT

LIBER V

I Dixerat orationisque cursum ad alia quaedam tractanda atque expedienda uertebat. Tum ego: Recta quidem, inquam, exhortatio tuaque prorsus auctoritate dignissima, sed quod tu dudum de prouidentia quaestionem pluribus aliis implicitam esse dixisti, re experior. quaero enim an esse aliquid omnino et quidnam esse casum arbitrere. — Tum illa: Festino, inquit, debitum promissionis absoluere uiamque tibi qua patriam reueharis aperire. haec autem etsi perutilia cognitu tamen a propositi nostri tramite paulisper auersa sunt uerendumque est, ne deuiis fatigatus ad emetiendum rectum iter sufficere non possis. — Ne id, inquam, prorsus uereare. nam quietis mihi loco fuerit ea quibus maxime delector agnoscere, simul cum omne disputationis tuae latus indubitata fide constiterit,

ANCĨ *E* | MANƚ *E* | SEVÑĨ *E* | BOETHII *DT* BOECII *E* | V. C. ET INL. *om. K* | EXCONSOƚ *T* EXCOÑS. *DE* EXCONSVLIS ORDIÑ *K* | EXMAG̃ OFF. ATQVE *om. K* | PATRICIO *DTC* PATRĨ *E* PATR̃ *K* | PHILOSOPHICAE *DK* | ·IIII· *DE* explicit *ante* liber *TK* EXPLIC̃. LIB̃. IIII tuſ *ante* ANICII *K* | QVARTVS *T* | EXPLĨ *E* | QVINTVS *TK* | FELICITER *add. TC*

P. I] 3 exortatio *DK* | tuaquae *T* 5 quaeſtıone*m//* (m *in ras. al.*) *T* 7 feſtı (no *om.*) *T* 8 debitum//promiſſioniſ (de *er.*) *K* 10 propoſita E^1 11 fa/tıgatuſ (ſ *er.*) *K* 12 metiendum D^1E^1 12 13 Ne ıd quam K^1 14 delector (r *al.*) *K* 15 omni *K* | diſpenſationiſ *K* | indubitate T^1 | coçſtiterit (n *supra*) *E*

nihil de sequentibus ambigatur. — Tum illa: Morem, inquit, geram tibi, simulque sic orsa est: Si quidem, inquit, aliquis euentum temerario motu nullaque causarum conexione productum casum esse definiat, nihil omnino casum esse confirmo et praeter subiectae rei significationem inanem prorsus uocem esse decerno. quis enim cohercente in ordinem cuncta deo locus esse ullus temeritati reliquus potest? Nam nihil ex nihilo existere uera sententia est cui nemo umquam ueterum refragatus est, quamquam id illi non de operante principio, sed de materiali subiecto: hoc omnium de natura rationum quasi quoddam iecerint fundamentum. At si nullis ex causis aliquid oriatur, id de nihilo ortum esse uidebitur. quod si hoc fieri nequit, ne casum quidem huiusmodi esse possibile est qualem paulo ante definiuimus. — Quid igitur, inquam, nihilne est quod uel casus uel fortuitum iure appellari queat? an est aliquid, tametsi uulgus lateat, cui uocabula ista conueniant? — Aristoteles meus id, inquit, in Physicis et breui et ueri propinqua ratione definiuit. — Quonam, inquam, modo? — Quotiens, ait, aliquid cuiuspiam rei gratia geritur aliudque quibusdam de causis quam quod intendebatur obtingit, casus uocatur: ut si quis colendi agri causa fodiens humum defossi auri pondus inueniat. Hoc igitur fortuitu quidem creditur accidisse: uerum non de nihilo est, nam proprias causas habet quarum inprouisus inopinatusque

18 alıſ T^1 | euetum *E* | mutũ K^1 19 connex. E^1 | pductum K^1 21 inanem pr. uocem eſſe *om.* E^1 22 coherc. *DTK* coerc. *E* 23 reliquıſ *om.* K^1 24 exiſte T^1 | cuı//nemo *T* 25 quam (quam) *al. c.* *D* quanquam *E* 26 hoc eſt *A* eſt *om.* *ω* | natu(ra) *E* 28 (c)auſiſ (*pr. c.*) *D* 31 difin. T^1 | nıhıl (Ne) (*al.* Ne *ss.*) *D* 34 ariſtoteleſ *DC* ariſtoteliſ *TEK* | *Aristot. Phys. II 4* | id inquit meuſ *E?A* | phiſicis *T* 35 diffiniuit *K* 36 quō *K* 38 optingit *DK* obt. *TE* 40 fortuitu T^1E u *ex* o *ni f.* D^2 fortuito D^1K? 41 accediſſe *DK* 42 inp. *TK*

concursus casum uidetur operatus. nam nisi cultor agri humum foderet, nisi eo loci pecuniam suam depositor obruisset, aurum non esset inuentum. Haec sunt igitur fortuiti causa compendii, quod ex obuiis sibi et confluentibus causis, non ex gerentis intentione prouenit. neque enim uel qui aurum obruit uel qui agrum exercuit ut ea pecunia repperiretur intendit: sed uti dixi, quo ille obruit hunc fodisse conuenit atque concurrit. Licet igitur definire casum esse inopinatum ex confluentibus causis in his quae ob aliquid geruntur euentum. concurrere uero atque confluere causas facit ordo ille ineuitabili conexione procedens, qui de prouidentiae fonte descendens cuncta suis locis temporibusque disponit.

I Rupis achaemeniae scopulis ubi uersa sequentum
Pectoribus figit spicula pugna fugax,
Tigris et Euphrates uno se fonte resoluunt
Et mox abiunctis dissociantur aquis.
Si coeant cursumque iterum reuocentur in unum,
Confluat alterni quod trahit unda uadi:
Conuenient puppes et uulsi flumine trunci
Mixtaque fortuitos implicet unda modos,
Quos tamen ipsa uagos terrae decliuia casus
Gurgitis et lapsi defluus ordo regit.
Sic quae permissis fluitare uidetur habenis
Fors patitur frenos ipsaque lege meat.

43 caſuſ T^1 caſu *ex* caſũ K^2 44 fo der& *pr. c.* T | ın eo loco E eo loco KC eo loci TDE^2 *mg.* 45 eſſẽ E | haec D^1T hae EK 46 cauſa DT^1 cauſae EK | conp. E 47 cauſiſ/ K 49 a/rum (u *er.*) K | repper. ω 51 difinire K 52 cauſiſ] caſuſ T^1 | hıſq; K | ob aliud E 53 euentum *om.* K^1 54 connex. E 55 deſc.] diſcedenſ K | cunta D^1

C. I] 1 achımeni K^1 | ſequentur D^1 2 figit *om.* T 3 eufrateſ TEK euphr. D 4 adiunctiſ K^1 | diſſotiantur T 5 Si quo eant K 6 uadı K 7 conuenient TDE conueniunt K 11 Sicq; K

II Animaduerto, inquam, idque, uti tu dicis, ita esse consentio. sed in hac haerentium sibi serie causarum estne ulla nostri arbitrii libertas an ipsos quoque humanorum motus animorum fatalis catena constringit? — Est, inquit, neque enim fuerit ulla rationalis natura, quin eidem libertas adsit arbitrii. nam quod ratione uti naturaliter potest id habet iudicium quo quidque discernat: per se igitur fugienda optandaue dinoscit. quod uero quis optandum esse iudicat petit: refugit uero quod aestimat esse fugiendum. quare quibus [in ipsis] inest ratio, inest etiam uolendi nolendique libertas. Sed hanc non in omnibus aequam esse constituo. nam supernis diuinisque substantiis et perspicax iudicium et incorrupta uoluntas et efficax optatorum praesto est potestas. humanas uero animas liberiores quidem esse necesse est, cum se in mentis diuinae speculatione conseruant: minūs uero, cum dilabuntur ad corpora minusque etiam, cum terrenis artubus colligantur. Extrema uero est seruitus, cum uitiis deditae rationis propriae possessione ceciderunt. nam ubi oculos a summae luce ueritatis ad inferiora et tenebrosa deiecerint, mox inscitiae nube caligant, perniciosis turbantur affectibus quibus accedendo consentiendoque quam inuexere sibi adiuuant seruitutem et sunt quodam modo propria libertate captiuae. quae tamen ille ab aeterno cuncta prospiciens prouidentiae cernit intuitus et suis quaeque meritis prae-

P. II] 2 ſirie *K* 6 adſit *ω* 8 quodquıdque T^1K^1 quo quidque *DE* | *i*gitur (i *pr. ex* q) *D* 9 dınoſ^{cıt} *D* | obtandum *K* 10 aeſtimat *DE* eſtimat *TK* 11 in ipſiſ ineſt *DK* in ipſiſ *om.* *TE* 14 ıncorruptaſ et (uoluntaſ *om. al. ss.*) *K* 15 aptatorum *K* | preſto *T* | eſt *om.* K^1 20 ceciderunt E^1 22 inſcientiae *E* inſciſtiae *K* 23 caligant (& *ant. ss.*) *E* caligant*ur* (ur *al. add.*) *K* | pernitioſis T^1 pernet. T^2 | accendendo *K* 24 adiubant DT^1K^1 adiubent E^1 26 eterno *T* 27 praediſtinata *DTK*

destinata disponit ΠΑΝΤ’ ЄΦΟΡΩΝ ΚΑΙ ΠΑΝΤ’ ЄΠΑΚΟΥΩΝ.

II Puro clarum lumine Phoebum
Melliflui canit oris Homerus.
Qui tamen intima uiscera terrae
Non ualet aut pelagi radiorum
Infirma perrumpere luce.
Haut sic magni conditor orbis.
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terrae mole resistunt,
Non nox atris nubibus obstat.
Quae sint, quae fuerint ueniantque
Vno mentis cernit in ictu:
Quem, quia respicit omnia solus,
Verum possis dicere solem.

III Tum ego: En, inquam, difficiliore rursus ambiguitate confundor. — Quaenam, inquit, ista est? iam enim quibus perturbare coniecto. — Nimium, inquam, aduersari ac repugnare uidetur praenoscere uniuersa deum et esse ullum libertatis arbitrium. nam si cuncta prospicit deus neque falli ullo modo potest, euenire necesse est quod prouidentia futurum esse

28 poſt ΠΑΝΤΕ *dist. utrobique T* (*similiter CRMA*) ЄΦΟΡΑΝ *TDE* ΠΝΑΝΤΕΡΑΝ ΦΟΡΑΝ *K* ЄΠΑΚΟΥЄΙΝ *TDE* ΠΑΝΤΤЄΝΑΚΥЄΙΝ (Π, Ο *supra scr.*) (*alterum* Τ *lineola del.*) *K* ἐφορῶν *et* ἐπακούων *scripsi cum Obbario Homeri Γ 277* ἠέλιος θ’ ὃς πάντ’ ἐφορᾷς καὶ πάντ’ ἐπακούεις *μ 323* ἠελίου ὃς πάντ’ ἐφορᾷ καὶ πάντ’ ἐπακούει.

C. II] 2 Homerus] λαμπρὸν φάος ἠελίοιο *A 605 E 120 ϑ 485* 3 uiſcera intima *K* 6 Haut *T* 7 hıc T^1 *u.* 13 *om.* K^1 (*mg. al.* et ideo uerum ſolem poſſiſ dicere) *u.* 13 *inter uu.* 11 *et* 12 *positus* E^1

P. III] 3 perturbare *TK* perturbere *D* perturbære (æ *ex* a?) *E* | conecto (i *supra scr.*) *K* 6 falli *om.* E^1

praeuiderit. quare si ab aeterno non facta hominum modo sed etiam consilia uoluntatesque praenoscit, nulla erit arbitrii libertas: neque enim uel factum aliud ullum uel quaelibet existere poterit uoluntas nisi quam nescia falli prouidentia diuina praesenserit. nam si aliorsum quam prouisae sunt detorqueri ualent, non iam erit futuri firma praescientia, sed opinio potius incerta, quod de deo credere nefas iudico. Neque enim illam probo rationem qua se quidam credunt hunc quaestionis nodum posse dissoluere. aiunt enim non ideo quid esse euenturum, quoniam id prouidentia futurum esse prospexerit, sed e contrario potius, quoniam quid futurum est, id diuinam prouidentiam latere non posse eoque modo necessarium hoc in contrariam relabi partem, neque enim necesse esse contingere quae prouidentur, sed necesse esse quae futura sunt prouideri: quasi uero quae cuius rei causa sit praescientiane futurorum necessitatis an futurorum necessitas prouidentiae laboretur. Ac non illud demonstrare nitamur, quoquo modo sese habeat ordo causarum, necessarium esse euentum praescitarum rerum, etiam si praescientia futuris rebus eueniendi necessitatem non uideatur inferre. Etenim si quispiam sedeat, opinio-

8 prouiderit (ę *al. ss.*) *T* praeuideri$^{\tau}$ *D* 9 praenoſcıſ K^1 10 Neceni *E* 12 prou.diu. *ω* diuina prouıdentıa *D?A* | praeſenſerit *ex* ꝑceſſerit *K* 14 praeſe^{ci}ntia *K* 15 ıudıc/o *K* 16 ıllam *om.* D^1 | probo *in ras. D* probora/tıonem (p *m. sec.*) *K* 17 no//dum (n *er.*) *D* 17 18 non ideo] ni deo T^1 18 eſſe *et* id *om.* K^1 19 ſed de contrarıa K^1 20 quıd] q *in ras. litterae* Q? *D* 21 neceſſarium///hoc *T* 22 continguere *E* 24 cuiuſ (*om.* que) *ω* cuiuſque *BR* 24 25 praeſcientiane futurorum neceſſıtaſ (*sic*) an futurorum neceſſitaſ p. (neceſſitate K^1) *TK* pr. futurorum neceſſitaſ (*sic*) prouidentiae (*in E correctoris m. add.* an futura neceſſitaſ) *ER* pr. futurorum neceſſitatiſ an futurorum neceſſitaſ prou. *D?* 26 ac non illud *ω* at noſ *nescio quis* 27 quo E^1 29 praeſentia *K* | neceſſitatẽ (ẽ *in ras. pr.*) *T* | non *om.* D^1

nem quae eum sedere coniectat ueram esse necesse est: at e conuerso rursus, si de quopiam uera sit opinio, quoniam sedet, eum sedere necesse est. in utroque igitur necessitas inest, in hoc quidem sedendi, at uero in altero ueritatis. sed non idcirco quisque sedet, quoniam uera est opinio, sed haec potius uera est, quoniam quempiam sedere praecessit. ita cum causa ueritatis ex altera parte procedat, inest tamen communis in utraque necessitas. Similia de prouidentia futurisque rebus ratiocinari patet. nam etiam si idcirco, quoniam futura sunt, prouidentur: non uero ideo, quoniam prouidentur, eueniunt: nihilo minus tamen ab deo uel uentura prouideri uel prouisa necesse est euenire, quod ad perimendam arbitrii libertatem solum satis est. Iam uero quam praeposterum est, ut aeternae praescientiae temporalium rerum euentus causa esse dicatur? quid est autem aliud arbitrari ideo deum futura, quoniam sunt euentura, prouidere, quam putare quae olim acciderunt causam summae illius esse prouidentiae? Ad haec sicuti cum quid esse scio, id ipsum esse necesse est: ita cum quid futurum noui, id ipsum futurum esse necesse est. sic fit igitur, ut euentus praescitae rei nequeat euitari. Postremo si quid aliquis aliorsum atque sese res habet

31 q$^{\cdot\text{vę}}$ (vę *al. ss.*) *T* | *con*/Iectat (con *in ras.* o *in ras. litterae* p, *inter* n *atque* i *longum erasum est* e) *D* 32 at (q, *al. ss.*) *T* atque *KED?* | ſede K^1 | uer/a (ſ *er.*) *K* 33 ſed$^{\text{Et}}$ eum *K* | eſt (*om.* in) *E* 35 non *om.* K^1 36 opı/$^{\text{nio}}$ (o *er.*) *D* 38 procedıt T^1 42 nıhıl homınuſ *D* nihil ominuſ *E* 43 ab deo *ω* | uel prouiſa neceſſe eſt euenire prouiſa quod $T^1D^1E^1$ (*alterum* prouiſa *del.* T^2E^2) uel neceſſe eſt euenire prouiſa *K* (?) 44 p,$^{\text{a}}$rımendum *K* 46 praeſentiae *K* 47 arbıtra$^{\text{r}}$ı *E* 48 f$^{\text{v}}$ạtura *K* 49 ſumme *T* 51 52 ita cum — neceſſe eſt *om.* D^1 | eſſe neceſſe — id ıpſum *om. mg. pr. add.* *T* ipſum eſſe (futurum *om. mg. add. ant.*) *E* | igitur fit *D* 54 aliquıd D^1 | ſeſe reſ habet *ω* reſ *om.* A^1

existimet, id non modo scientia non est, sed est opinio fallax ab scientiae ueritate longe diuersa. quare si quid ita futurum est, ut eius certus ac necessarius non sit euentus, id euenturum esse praesciri qui poterit? sicut enim scientia ipsa impermixta est falsitati, ita id quod ab ea concipitur, esse aliter atque concipitur nequit. ea namque causa est, cur mendacio scientia careat, quod se ita rem quamque habere necesse est, uti eam sese habere scientia comprehendit. Quid igitur? quonam modo deus haec incerta futura praenoscit? nam si ineuitabiliter euentura censet quae etiam non euenire possibile est, fallitur: quod non sentire modo nefas est, sed etiam uoce proferre. at si ita, uti sunt, ita ea futura esse decernit, ut aeque uel fieri ea uel non fieri posse cognoscat, quae est haec praescientia quae nihil certum nihil stabile comprehendit? aut quid hoc refert uaticinio illo ridiculo Tiresiae?

Quidquid dicam, aut erit aut non.

Quid etiam diuina prouidentia humana opinione praestiterit, si uti homines incerta iudicat quorum est incertus euentus? quod si apud illum rerum omnium certissimum fontem nihil incerti esse potest, certus eorum est euentus quae futura firmiter ille praescierit. Quare nulla est humanis consiliis actionibusque libertas quas diuina mens sine falsitatis errore cuncta prospiciens ad unum alligat et constringit euentum. quo semel recepto quantus occasus humanarum rerum con-

58 ſit *om.* K^1 59 inperm. *K* 60 eſſe aliter atque concipitur *om.* D^1 | concipitur *om.* E^1 61 mendatio *TE* 62 ita ſe *E* ſı iterarem (ſi *ex* ſe, er *euanida*) *K* 63 ſeſe *om.* T^1 ēē *K* | conp. *EK* 66 fall͐tur *K* 68 ita ea ω ita *om.* *A* 69 eſt *om.* *K* 70 compraeh. D^1 conp. *EK* 71 refert] differt *ci. Bentleius ad Horat. Serm. II 5 59 sed uid. II 3 47* 72 tıreſıe// *K* 73 *Horat. Sat. II 5 59* | quidq. *D* quicq. *TEK* 75 ſı/utı (c *er.*) *K* 79 Qua|re (re *mg. pr.?*) *E* | actıonıbuſquae *K*

sequatur liquet. frustra enim bonis malisque praemia poenaeue proponuntur quae nullus meruit liber ac uoluntarius motus animorum. Idque omnium uidebitur iniquissimum quod nunc aequissimum iudicatur uel puniri improbos uel remunerari probos quos ad alterutrum non propria mittit uoluntas, sed futuri cogit certa necessitas. nec uitia igitur nec uirtutes quidquam fuerint, sed omnium meritorum potius mixta atque indiscreta confusio. Quoque nihil sceleratius excogitari potest, cum ex prouidentia rerum omnis ordo ducatur nihilque consiliis liceat humanis, fit, ut uitia quoque nostra ad bonorum omnium referantur auctorem. Igitur nec sperandi aliquid nec deprecandi ulla ratio est. quid enim uel speret quisque uel etiam deprecetur, quando optanda omnia series indeflexa conectit? Auferetur igitur unicum illud inter homines deumque commercium sperandi scilicet ac deprecandi. si quidem iustae humilitatis pretio inaestimabilem uicem diuinae gratiae promeremur: qui solus modus est quo cum deo colloqui homines posse uideantur illique inaccessae luci prius quoque quam impetrent ipsa supplicandi ratione coniungi: quae si recepta futurorum necessitate nihil uirium habere credantur, quid erit quo summo illi rerum principi conecti atque adhaerere possimus? Quare necesse erit humanum genus, uti paulo ante cantabas, dissaeptum atque disiunctum suo fonte fatiscere.

83 malıſquę *K* 84 poeneue *T* | p̃ponuntur (*sic*) *E* | lıber/ (τ *er.?*) *T* 87 inpr. *K* 89 certa//////nec. (cernit *er.*) *D* | quidq. *DT*[1] quicq.` *EK* 91 Quoque *ω* Quo *A* 94 ad *om.* *T*[1] 95 depraec. *D* 96 quiſque *ω* 97 quandoq; obtantur *K* 98 Auferetur *ω at* Auferatur *T*[1] Aufertur *A* | unicum] iniquum *T*[1] 99 ſilicet *K* | depraec. *D* 100 ineſtim. *T* 101 promeremur] emur *in ras.* *T* | ſoliſ *E*[1] 102 quocum deo homineſ poſſe illideatur illique *K* 103 ın^c^aceſſae *T* | ſuplicandı *T* ſubplıcandi *E*[1] (ſubblic. *E*[2]) 104 ſi *om.* *K* 105 neceſſitate] *hinc usque ad* eadem *p. IIII u. 52 lacuna II foliorum D* 106 rerum *om.* *K* 107 poſſumuſ *K*[1] (*D*) 108 *cf. IIII c. 6, 43* | diſſęptum *T*[1]

III

Quaenam discors foedera rerum
Causa resoluit? quis tanta deus
Veris statuit bella duobus,
Vt quae carptim singula constent
Eadem nolint mixta iugari?
An discordia nulla est ueris
Semperque sibi certa cohaerent?
Sed mens caecis obruta membris
Nequit oppressi luminis igne
Rerum tenues noscere nexus.
Sed cur tanto flagrat amore
Veri tectas reperire notas?
Scitne quod appetit anxia nosse?
Sed quis nota scire laborat?
At si nescit, quid caeca petit?
Quis enim quidquam nescius optet
Aut quis ualeat nescita sequi?
Quoue inueniat, quis*ue* repertam
Queat ignarus noscere formam?
An cum mentem cerneret altam,
Pariter summam et singula norat?
Nunc membrorum condita nube
Non in totum est oblita sui
Summamque tenet singula perdens.
Igitur quisquis uera requirit,
Neutro est habitu: nam neque nouit
Nec penitus tamen omnia nescit:
Sed quam retinens meminit summam
Consulit alte uisa retractans,

C. III] 5 ıuxta T^1 6 An nulla eſt diſcordia uerıſ ω *ordinem uerborum restitui* 7 coerhent *E* conherent *K* 9 nequıd T^1 12 repperire ω 13 ſcıt (ne *ss. al.*) *T* 14 QVI$\overset{s}{\text{Ḍ}}$ *pr. c. T* | nota ω *an* notum? *uel* notas *sc.* cauſas? | loborat *T* 16 quicq. ω | optat *E* 18 quıſue *K?* quıſ (*om.* ue) *TE* quıſque *B an* quıſ reppertam? 20 Anc cum *K* | cernere *K* 21 norant *K* 24 Summamquae *K* que *om. E* 29 tractanſ *K*

Vt seruatis queat oblitas
Addere partes.

IIII Tum illa: Vetus, inquit, haec est de prouidentia querela M. que Tullio, cum diuinationem distribuit, uehementer agitata tibique ipsi res diu prorsus multumque quaesita, sed haud quaquam ab ullo uestrum hactenus satis diligenter ac firmiter expedita. Cuius caliginis causa est, quod humanae ratiocinationis motus ad diuinae praescientiae simplicitatem non potest ammoueri, quae si ullo modo cogitari queat, nihil prorsus relinquetur ambigui. quod ita demum patefacere atque expedire temptabo, si prius ea quibus moueris expendero. Quaero enim, cur illam soluentium rationem minus efficacem putes: quae quia praescientiam non esse futuris rebus causam necessitatis existimat, nihil impediri praescientia arbitrii libertatem putat. num enim tu aliunde argumentum futurorum necessitatis trahis, nisi quod ea quae praesciuntur non euenire non possunt? Si igitur praenotio nullam futuris rebus adicit necessitatem, quod tu etiam paulo ante fatebare, quid est quod uoluntarii exitus rerum ad certum cogantur euentum? Etenim positionis gratia, ut quid consequatur aduertas, statuamus nullam esse praescientiam. num igitur quantum ad hoc atti-

uu. 30 *et* 31 *coniuncti TK* (*ordo uu. 9 sqq. turbatus in K iam pr. m. restitutus uidetur*)

P. IIII] 1 uetuſ *om.* T^1 2 qu/erela quae tullio (.m.q. *ss. ant.*) *T* querela que tullio *K* querela m̃ que tullio (*mg. al.* marcoq,) *E* (.m̃.que *R* m̃que *C* marcoque *B* meoque marco *A*) | diui//nationem (ni *er.*) *K* | *Cicero de diuin. l. II* | diſtribuit] ibuit *in ras. pr. T* 4 ſed *om. K* 5 actenuſ T^1 6 calĩnıſ (gı *ss.*) *T* 7 praeſentiae *K* | quea//t (n *er.*) *K* 9 ambui (ıg *ss. ant. c.*) *T* | quod tum demum *K* 10 temtabo T^1 | ea *om.* E^1 11 expediero K^1 expetiiero K^2 | quero cur illam enim *K* 15 tu *om.* E^1 16 neceſſıtıſ E^1 | t/rahıſ (h *er.*) *T* | eaq; *K* 17 praenotio// (o *in ras. al.*) *T* 22 adtinet *EK*

net, quae ex arbitrio eueniunt ad necessitatem cogantur? — Minime. — Statuamus iterum esse, sed nihil rebus necessitatis iniungere: manebit ut opinor eadem uoluntatis integra atque absoluta libertas. Sed praescientia, inquies, tametsi futuris eueniendi necessitas non est, signum tamen est necessario ea esse uentura. Hoc igitur modo, etiam si praecognitio non fuisset, necessarios futurorum exitus esse constaret. omne etenim signum tantum quid sit ostendit, non uero efficit quod designat. Quare demonstrandum prius est nihil non ex necessitate contingere, ut praenotionem signum esse huius necessitatis appareat. alioquin si haec nulla est, ne illa quidem eius rei signum poterit esse quae non est. Iam uero probationem firma ratione subnixam constat non ex signis neque petitis extrinsecus argumentis sed ex conuenientibus necessariisque causis esse ducendam. Sed qui fieri potest, ut ea non proueniant quae futura esse prouidentur? quasi uero nos ea quae prouidentia futura esse praenoscit non esse euentura credamus ac non illud potius arbitremur, licet eueniant, nihil tamen ut euenirent sui natura necessitatis habuisse: quod hinc facile perpendas licebit. Plura etenim dum fiunt subiecta oculis intuemur: ut ea quae in quadrigis moderandis atque flectendis facere spectantur aurigae atque ad hunc modum cetera. num igitur quidquam illorum ita fieri necessitas ulla compellit? — Minime. frustra enim esset artis effectus, si omnia coacta mouerentur. — Quae igitur cum fiunt carent existendi necessitate, ea-

23 eueniunt *TB* ueniunt *K* arbitrıoueniunt (o *ex* c) *E* | cogantur T^1E coguntur *K* 24 ſe nihil *K* 25 opın/or *E* 27 neceſſıtaſ (tı *suprascr.*) *K* 28 τn̄/ (n *ex* m) *T* | ẽ *om.* E^1 29 modo *om.* *K* 35 huiuſ T^1 36 ratio *K* 39 -quae T^1 | cauſiſ cauſam e͠e E^1 | quıd K^1 43 ute uenirent *K* 44 quod hıc K^1 quıd hıc (n *suprascr.*) K^2 47 flectentiſ *K* | adhuc T^1 48 quidquam T'^1 quıquam (c *suprascr.*) *E* quicq. *K* 49 conp. *EK* 51 confiunt E^1

dem prius quam fiant sine necessitate futura sunt. quare sunt quaedam euentura quorum exitus ab omni necessitate sit absolutus. nam illud quidem nullum arbitror esse dicturum, quod quae nunc fiunt, prius quam fierent, euentura non fuerint. Haec igitur etiam praecognita liberos habent euentus. nam sicut scientia praesentium rerum nihil his quae fiunt, ita praescientia futurorum nihil his quae uentura sunt necessitatis importat. Sed hoc, inquis, ipsum dubitatur, an earum rerum quae necessarios exitus non habent ulla possit esse praenotio. dissonare etenim uidentur putasque, si praeuideantur, consequi necessitatem: si necessitas desit, minime praesciri nihilque scientia conprehendi posse nisi certum: quod si quae incerti sunt exitus ea quasi certa prouidentur, opinionis id esse caliginem non scientiae ueritatem. aliter enim ac sese res habeat arbitrari ab integritate scientiae credis esse diuersum. Cuius erroris causa est, quod omnia quae quisque nouit ex ipsorum tantum ui atque natura cognosci aestimat quae sciuntur. quod totum contra est. omne enim quod cognoscitur non secundum sui uim sed secundum cognoscentium potius comprehenditur facultatem. Nam ut hoc breui liqueat exemplo, eandem corporis rotunditatem aliter uisus aliter tactus agnoscit. ille eminus manens totum simul iactis radiis intuetur: hic uero cohaerens orbi atque coniunctus circa ipsum

52 prıuſ quam] *D denuo incipit* 53—56 quorum — *D* euentura *om. sed add. mg. D* 54 obſolutuſ *K*¹ 56 fierint *E*¹ 58 59 quae fiunt — nihil hiſ *om. sed ss. K* 58 praeſentia *KC* 59 inp. *EK* 61 hab& (n *ss.*) *E* 62 putaſ quę *K*¹ 63 ſi/ *K* 64 deſinit *K* | nihilque de ſcientia *E* | conp. *TEK* 65 quodſi quae...ea quaſi *ω* quodſi ea quae...quaſi *A* 66 certa *DKE* incerta *T*¹*C*¹*B* | opınıonıſ /*i* de /ſ|ſe// caliginem (ı *in ras.*, ſ *et* ſ *mg. al.*) *T* 67 ſe/e (ſ *in ras. al.*) *T* 69 quęque (quıſ *ss.*) *E* quęquıſ quę *K* 71 aeſtimat *ω* 72 *uerba* non ſec. ſui uim *legi nequeunt E* 73 conp. *EK* conprehentur *T*¹ 74 brebi *T*¹ breuılıqueat (uıli *in ras. al.*) *D* 77 coherenſ *ω* | coniunctiſ *T*¹

motus ambitum rotunditatem partibus conprehendit. Ipsum quoque hominem aliter sensus aliter imaginatio aliter ratio aliter intellegentia contuetur. sensus enim figuram in subiecta materia constitutam, imaginatio uero solam sine materia iudicat figuram. ratio uero hanc quoque transcendit speciemque ipsam quae singularibus inest uniuersali consideratione perpendit. intellegentiae uero celsior oculus existit: supergressa namque uniuersitatis ambitum ipsam illam simplicem formam pura mentis acie contuetur. In quo illud maxime considerandum est: nam superior conprehendendi uis amplectitur inferiorem, inferior uero ad superiorem nullo modo consurgit. Neque enim sensus aliquid extra materiam ualet uel uniuersales species imaginatio contuetur uel ratio capit simplicem formam, sed intellegentia quasi desuper spectans concepta forma quae subsunt etiam cuncta diiudicat: sed eo modo quo formam ipsam, quae nulli alii nota esse poterat, conprehendit. nam et rationis uniuersum et imaginationis figuram et materiale sensibile cognoscit nec ratione utens nec imaginatione nec sensibus, sed illo uno ictu mentis formaliter, ut ita dicam, cuncta prospiciens. Ratio quoque cum quid uniuersale respicit, nec imaginatione nec sensibus utens imaginabilia uel sensibilia conprehendit. haec est enim quae conceptionis suae uniuersale ita definiuit: homo est animal bipes rationale. quae cum uniuersalis notio sit, tum imaginabilem sensibilemque esse rem nullus ignorat, quod illa non imaginatione uel sensu sed in rationali conceptione

78 conp. *DE* 81 conſtituam *D*[1] 83 quę *om.* *E*[1]

84 Intellegentiaẹ (ł *ss.*) *T* 85 oculuſ (l'ı *ss.*) *T* 88 89 comprehendi u. a. inferiorem *om.* *K* 88 conprehendendi *T* conprehendi *D*[1]*E*[1] 93 forma *DTK* formā *EC*[1] formam *N* 95 conp̄. *DEK* 98 ſed ullo *K*[1] 102 conp. *DE* | ẽ *ss.* *T* 103 definiuit *T* definit *ceteri* | bibeſ *T* bıbēſ *K* | rationabile *K*

106 ñ. ımagınatıone (in *ss.*) (*al.* in *ss.*) *T* in imag. *NM* | uel ſenſu — conceptione *om.* *D*[1]*K* | inrationali *TC* inratıonale *B* inrationabili *E* irrationabili *A* rationali *D?*

considerat. Imaginatio quoque tametsi ex sensibus uisendi formandique figuras sumpsit exordium, sensu tamen absente sensibilia quaeque conlustrat non sensibili sed imaginaria ratione iudicandi. Videsne igitur, ut in cognoscendo cuncta sua potius facultate quam eorum quae cognoscuntur utantur? neque id iniuria: nam cum omne iudicium iudicantis actus existat, necesse est, ut suam quisque operam non ex aliena sed ex propria potestate perficiat.

IIII Quondam porticus attulit
Obscuros nimium senes
Qui sensus et imagines
E corporibus extimis
Credant mentibus imprimi,
Vt quondam celeri stilo
Mos est aequore paginae,
Quae nullas habeat notas,
Pressas figere litteras.
Sed mens si propriis uigens
Nihil motibus explicat,
Sed tantum patiens iacet
Notis subdita corporum
Cassasque in speculi uicem
Rerum reddit imagines,
Vnde haec sic animis uiget
Cernens omnia notio?
Quae uis singula perspicit
Aut quae cognita diuidit?
Quae diuisa recolligit
Alternumque legens iter

107 quaeque *T*[1] 108 ſumſit *DT*[1] 109 conl. *ω* 113 actus] actu *ci. RVolkmannus*

C. IIII] 3 quı/ſenſuſ *T* 4 e/corporibuſ (t *uel* x *er.*) *E* *u.* 6 *nequit legi* *E* 9 fieri *E* 12 tam patienſ *K* 14 ca/ſaſque (ſ *in ras.*) *T* | uice *K* 16 ſic *in ras.* *T* ſı/ (c *er.*) *K* 18 perſpicit *ω* 19 que *T*

Nunc summis caput inserit,
Nunc decedit in infima,
Tum sese referens sibi
Veris falsa redarguit?
Haec est efficiens magis
Longe causa potentior
Quam quae materiae modo
Inpressas patitur notas.
Praecedit tamen excitans
Ac uires animi mouens
Viuo in corpore passio,
Cum uel lux oculos ferit
Vel uox auribus instrepit.
Tum mentis uigor excitus
Quas intus species tenet
Ad motus similes uocans
Notis applicat exteris
Introrsumque reconditis
Formis miscet imagines.

V Quod si in corporibus sentiendis, quamuis afficiant instrumenta sensuum forinsecus obiectae qualitates animique agentis uigorem passio corporis antecedat quae in se actum mentis prouocet excitetque interim quiescentes intrinsecus formas: si in sentiendis inquam corporibus animus non passione insignitur, sed ex sua ui subiectam corpori iudicat passionem, quanto magis ea quae cunctis corporum affectionibus absoluta sunt, in discernendo non obiecta extrinsecus sequuntur, sed actum suae mentis expediunt? Hac itaque ratione

23 decedit *D* decidit *KE* decedıt (e *in ras.*) *T* deſidit *Th. Wolfius* 24 Tum *DK* Tum (m *in ras.*) *T* Tunc *E* 28 Quae *in ras. al. T* 29 Inp. *DK* 34 Velox (u *om.*) *E*[1] 35 exituſ *KC* 36 qua/ (ſ *in ras. al.*) *T* 38 aplicat *E* 39 -qu/e (a *er.*) *K* | reconditus *K*[1]

P. V] 2 qualitatiſ *K* 5 ſi in] ↑ ſed *al. ss. T* 9 ſecuntur *K* 10 Hac igitur *E*

multiplices cognitiones diuersis ac differentibus cessere substantiis. sensus enim solus cunctis aliis cognitionibus destitutus immobilibus animantibus cessit quales sunt conchae maris quaeque alia saxis haerentia nutriuntur: imaginatio uero mobilibus beluis quibus iam inesse fugiendi appetendiue aliquis uidetur affectus. Ratio uero humani tantum generis est sicut intellegentia sola diuini: quo fit, ut ea notitia ceteris praestet quae suapte natura non modo proprium sed ceterarum quoque notitiarum subiecta cognoscit. Quid igitur, si ratiocinationi sensus imaginatioque refragentur, nihil esse illud uniuersale dicentes quod sese intueri ratio putet? quod enim sensibile uel imaginabile est, id uniuersum esse non posse, aut igitur rationis uerum esse iudicium nec quidquam esse sensibile, aut quoniam sibi notum sit plura sensibus et imaginationi esse subiecta, inanem conceptionem esse rationis quae quod sensibile sit ac singulare quasi quiddam uniuersale consideret. Ad haec, si ratio contra respondeat se quidem et quod sensibile et quod imaginabile sit in uniuersitatis ratione conspicere, illa uero ad uniuersitatis cognitionem adspirare non posse, quoniam eorum notio corporales figuras non posset excedere, de rerum uero cognitione firmiori potius perfectiorique iudicio esse credendum? In huiusmodi igitur lite nos quibus tam ratiocinandi quam imaginandi etiam sentiendique uis inest nonne rationis potius causam probaremus? Simile est, quod humana ratio diuinam intellegentiam futura, nisi

11 cogitationeſ K^1 | aͤ. *D* | different/ı/buſ (i *in ras.*) *D* 13 deſtitutıſ T^1 | ımmobılıuſ D^1 /im/mobilibuſ *K* | ceſſet D^1 14 herentia *T* 17 ſicut *ω* ſicuti *AB* 19 ſua apte *K* 21 refrag&ur T^1 23 potet K^1 24 non poſſe] *hic abrumpitur D* | aut igitur] *hic desinit E* 25 quicq. *TK* 28 conſiderat *CA* 29 ſı quidem *K* 32 adſp. *TK* | poſſe *om. K* 33 poſſet *ω* 34 firmiore perfectioreque *A* 35 rationandi *K* 36 ſentiendique etiam *A* 37 probaremuſ cauſam *A* 38 ratio] natura *A* | intellegentia *K* | futuram] fı/urā (g *er.*) *K* (*D*) (*E*)

ut ipsa cognoscit, non putat intueri. nam ita disseris: Si qua certos ac necessarios habere non uideantur euentus, ea certo euentura praesciri nequeunt. harum igitur rerum nulla est praescientia, quam si etiam in his esse credamus, nihil erit quod non ex necessitate proueniat. Si igitur uti rationis participes sumus, ita diuinae iudicium mentis habere possimus, sicut imaginationem sensumque rationi cedere oportere iudicauimus, sic diuinae sese menti humanam summittere rationem iustissimum censeremus. Quare in illius summae intellegentiae cacumen, si possumus, erigamur: illic enim ratio uidebit quod in se non potest intueri, id autem est, quonam modo etiam quae certos exitus non habent, certa tamen uideat ac definita praenotio neque id sit opinio sed summae potius scientiae nullis terminis inclusa simplicitas.

V Quam uariis terras animalia permeant figuris:
Namque alia extento sunt corpore pulueremque uerrunt
Continuumque trahunt ui pectoris incitata sulcum:
Sunt quibus alarum leuitas uaga uerberetque uentos
Et liquido longi spatia aetheris enatet uolatu:
Haec pressisse solo uestigia gressibusque gaudent
Vel uirides campos transmittere uel subire siluas.
Quae uariis uideas licet omnia discrepare formis,
Prona tamen facies hebetes ualet ingrauare sensus.
Vnica gens hominum celsum leuat altius cacumen,

40 $\overset{ne}{\text{ceſſarioſ}}$ *B* | uideatur *K* 41 uentura *B* | praeſcii *C* 44 participeſ *K* 45 mentiſiudicium *A* | poſſimuſ T^1KAB^1R poſſemuſ T^2B^2CM 46 credere K^1 47 ſumitere K^1 48 illiu/ *K* 52 habet *K* | $\overset{la}{\text{certa.men}}$ *T* | diffinita *T* difinita *A* 53 opınio $\overset{sed}{\text{ſit}}$ (ſit *ex* ſed, *pr. autem* opınıond(?) *scripsisse uidetur*) *K* 54 inclausa *K*

C. V] *hoc carmen minusculis quas dicunt litteris scriptum T* 1 permanaent K^1 permaneant B^1 perme///ant (e *et* a *ex corr.*) *T* 2 que *om.* *C* | uerrunt] Ueř *K* 3 ſulcam B^1 5 longiſ patio/ *C* | $\overset{n}{\text{gaud\&}}$ *A* 8 $\overset{re}{\text{diſcrepaſſe}}$ reformıſ B^1 9 habetiſ *B* 10 alcius *BC*

Atque leuis recto stat corpore despicitque terras.
Haec, nisi terrenus male desipis, ammonet figura,
Qui recto caelum uultu petis exerisque frontem,
In sublime feras animum quoque, ne grauata pessum
Inferior sidat mens corpore celsius leuato.

VI Quoniam igitur, uti paulo ante monstratum est, omne quod scitur non ex sua sed ex conprehendentium natura cognoscitur, intueamur nunc quantum fas est, quis sit diuinae substantiae status, ut quaenam etiam scientia eius sit, possimus agnoscere. Deum igitur aeternum esse cunctorum ratione degentium commune iudicium est. quid sit igitur aeternitas consideremus. haec enim nobis naturam pariter diuinam scientiamque patefecit. Aeternitas igitur est interminabilis uitae tota simul et perfecta possessio, quod ex collatione temporalium clarius liquet. nam quidquid uiuit in tempore id praesens a praeteritis in futura procedit nihilque est in tempore constitutum quod totum uitae suae spatium pariter possit amplecti. sed crastinum quidem nondum adprehendit, hesternum uero iam perdidit: in hodierna quoque uita non amplius uiuitis quam in illo mobili transitorioque momento. Quod igitur temporis patitur condicionem, licet illud, sicuti de mundo censuit Aristoteles, nec coeperit umquam

11 recte B^1 | diſipiſ T^1 deſepıam monet K^1 15 fıdat K^1

P. VI] 2 conp. *TK* 3 Intuemur *K* 4 quı ſit K^1 5 poſſumuſ K^1R^1 7 quod K^1 | aeternitaſ igitur *A* 8 enim *om.* *KC* 9 -quę K^1 | patefefe|çıt (r *pr. m.?*) *T* patefecit *G Thu. duo* patefacit *K cett.* 11 quicq. *TK* 11 12 uiuit in tempore conſtitutum ad praeſenſ *K* 12 a praet.] ac pr. T^1 | praeterito *A* 13 -quę T^1 | in tempore eſt conſtitum *A* 15 adpr. *TKC* | heſternam *K* 18 lı//c& (c *al.*) *T* | ſi cuti *K* 19 mundoççenſuit (o *ex* u? c *pr. ss.?*) *T* | areſtoteliſ TM^1 ariſtotileſ *ABRN* ariſtoteleſ *K* | Ariſtoteles] *libro I de caelo cf. II 1*

esse nec desinat uitaque eius cum temporis infinitate tendatur, nondum tamen tale est, ut aeternum esse iure credatur. non enim totum simul infinitae licet uitae spatium comprehendit atque complectitur, sed futura nondum transacta iam non habet. Quod igitur interminabilis uitae plenitudinem totam pariter comprehendit ac possidet, cui neque futuri quidquam absit nec praeteriti fluxerit, id aeternum esse iure perhibetur: idque necesse est et sui compos praesens sibi semper adsistere et infinitatem mobilis temporis habere praesentem. Vnde non recte quidam qui, cum audiunt uisum Platoni mundum hunc nec habuisse initium temporis nec habiturum esse defectum, hoc modo conditori conditum mundum fieri coaeternum putant. aliud est enim per interminabilem duci uitam, quod mundo Plato tribuit, aliud interminabilis uitae totam pariter complexam esse praesentiam, quod diuinae mentis proprium esse manifestum est. Neque deus conditis rebus antiquior uideri debet temporis quantitate sed simplicis potius proprietate naturae. hunc enim uitae immobilis praesentarium statum infinitus ille temporalium rerum motus imitatur cumque eum effingere atque aequare non possit, ex immobilitate deficit in motum, ex simplicitate praesentiae decrescit in infinitam futuri ac praeteriti quantitatem: et cum totam pariter uitae suae plenitudinem nequeat possidere, hoc ipso quod aliquo modo numquam esse desinit, illud quod implere atque

23 conpr. *K* | conpl. *K* 24 iam *om.* *A* 25 interminabileſ K^1 26 quicq. *TK* 27 fluxerint T^1 | ıd *om.* *A*

28 ut ſui K^1L | ſıbı (*al. c.*) *A* 29 adſ. *TK* | ˋet *om.* *A* | infinıtem B^1 31 plantoni *K* | Platoni] *Timaeo 28 sqq. ceterum uid. Vallinum* 32 nec *om.* B^1 35 pariter *om.* *C* 36 complexum *KBRM* complexam *TCA* 37 Neque enim] enim *om. libri omnes* | deuſ *om.* *A* 40 praeſentiarium *K* 42 imobilitate *K* | defecit C^1L^1 | Et ex T^2C &ẹ ex *A* et a *N* 43 praeſ//entiae *C* | futurı//ac praeteriti// quant. *T* 44 ſuae *om.* *K* 45 plenıtatem B^1 46 modo .ñquam (*al. c.*) *T*

exprimere non potest, aliquatenus uidetur aemulari alligans se ad qualemcumque praesentiam huius exigui uolucrisque momenti: quae, quoniam manentis illius praesentiae quandam gestat imaginem, quibuscumque contigerit id praestat, ut esse uideantur. quoniam uero manere non potuit, infinitum temporis iter arripuit eoque modo factum est, ut continuaret eundo uitam cuius plenitudinem complecti non ualuit permanendo. Itaque si digna rebus nomina uelimus imponere, Platonem sequentes deum quidem aeternum, mundum uero dicamus esse perpetuum. Quoniam igitur omne iudicium secundum sui naturam quae sibi subiecta sunt comprehendit, est autem deo semper aeternus ac praesentarius status: scientia quoque eius omnem temporis supergressa motionem in suae manet simplicitate praesentiae infinitaque praeteriti ac futuri spatia complectens omnia quasi iam gerantur in sua simplici cognitione considerat. Itaque si praesentiam pensare uelis qua cuncta dinoscit, non esse praescientiam quasi futuri sed scientiam numquam deficientis instantiae rectius aestimabis. unde non praeuidentia sed prouidentia potius dicitur, quod porro a rebus infimis constituta quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat. Quid igitur postulas, ut necessaria fiant quae diuino

49 uolucreſq; K^1 51 preſtat *T* 53 continuare *K* | uitam contin. eundo *A* 54 conpl. *K* 55 Itaque] Igitur *A* | *Plato Timaeo 37 D sqq.* | inp. *K* 56 ſequenſ *K* | uero *om. K*

57 dicam *C* | KQuoniam *K* 58 ſib[1] (1 *al.*) *T* 59 conp. *K* 60 omnem *om. B* 61 permanet *C* | ſimplicitatiſ praeſentia *A* 63 generantur *A* 64 praeſentiam TKB^1R^1AM praeuidentiam CB^2 praeſcientiam R^2 | penſareueliſ — praeſcientiam *om. K* 65 quia *B* quę *A* | cognoſcit (ı di *ss. pr.*) *B* | praeſentiam T^1 (*et sic ni f. liber ex quo K descriptus est*) *A* praeſcientiam MB^1T^2 praeuidentiam CB^2 66 ſed etıam (ſcin *ss.*) *C* 67 prou.] preſcientia *B* 68 quod *om.* T^1 | a *TK* ab *CBA* | infimiſ *om.* T^1 69 excelſorum *A* 70 Quod K^1 | poſtolaſ *K* 70—72 quae diuino — faciant *om.* B^1

lumine lustrentur, cum ne homines quidem necessaria faciant esse quae uideant? num enim quae praesentia cernis, aliquam eis necessitatem tuus addit intuitus? — Minime. — Atqui si est diuini humanique praesentis digna collatio, uti uos uestro hoc temporario praesenti quaedam uidetis, ita ille omnia suo cernit aeterno. quare haec diuina praenotio naturam rerum proprietatemque non mutat taliaque apud se praesentia spectat qualia in tempore olim futura prouenient. nec rerum iudicia confundit unoque suae mentis intuitu tam necessarie quam non necessarie uentura dinoscit. sicuti uos cum pariter ambulare in terra hominem et oriri in caelo solem uidetis, quamquam simul utrumque conspectum tamen discernitis et hoc uoluntarium illud esse necessarium iudicatis. Ita igitur cuncta dispiciens diuinus intuitus qualitatem rerum minime perturbat apud se quidem praesentium, ad condicionem uero temporis futurarum. quo fit, ut hoc non sit opinio sed ueritate potius nixa cognitio, cum extaturum quid esse cognoscit quod idem existendi necessitate carere non nesciat. Hic si dicas quod euenturum deus uidet id non euenire non posse, quod autem non potest non euenire id ex necessitate contingere, meque ad hoc nomen necessitatis adstringas, fatebor rem quidem solidissimae ueritatis sed cui uix aliquis nisi diuini speculator accesserit. Respondebo namque idem futurum, cum ad diuinam notionem refertur, necessarium, cum uero in sua natura perpenditur, liberum

71 luſtentur *C* 72 fıant *T*[1] 74 adqui *K*[1] | et humani *A* 75 temperario *C* 78 taliaquae *T* 79 p̃uenient *T*[1] prouenint *B* 80 uncique *B*[1] | ſuae *om.* *K* 81 neceſſariae *utrobique meliores libri* neceſſaria *G* neceſſaria...neceſſarie *A* 82 interra *om.* *T*[1] (intr̃a *ss. al.*) 83 orriri *K* 84 tamen] /ñ (τ *er.* tamen *in* non *c.*) *T* 85 diſpicienſ *K* deſp. *ceteri* 89 nexa *A* | extaturum *TCLMG* exſaturum *K* exſtaturum *ABRN* 93 *meq.* (me *in ras. al.*) *T* neque *CB*[1] 94 neceſſıt/ſ (a *er.*) *K* | adſtr. *TK* | fateor *A*[1] 97 notıciam *B*

prorsus atque absolutum uideri. Duae sunt etenim necessitates, simplex una, ueluti quod necesse est omnes homines esse mortales, altera condicionis, ut si aliquem ambulare scias, eum ambulare necesse est. quod enim quisque nouit, id esse aliter ac notum est nequit, sed haec condicio minime secum illam simplicem trahit. hanc enim necessitatem non propria facit natura sed condicionis adiectio. nulla enim necessitas cogit incedere uoluntate gradientem, quamuis eum tum cum graditur incedere necessarium sit. Eodem igitur modo, si quid prouidentia praesens uidet, id esse necesse est, tametsi nullam naturae habeat necessitatem. atqui deus ea futura quae ex arbitrii libertate proueniunt praesentia contuetur. Haec igitur ad intuitum relata diuinum necessaria fiant per condicionem diuinae notionis, per se uero considerata ab absoluta naturae suae libertate non desinunt. fient igitur procul dubio cuncta quae futura deus esse praenoscit, sed eorum quaedam de libero proficiscuntur arbitrio: quae quamuis eueniant, existendo tamen naturam propriam non amittunt, qua prius quam fierent etiam non euenire potuissent. Quid igitur refert non esse necessaria, cum propter diuinae scientiae condicionem modis omnibus necessitatis instar eueniet? hoc scilicet, quod

99 Due enim ſunt *K* D. etenim ſunt *C* D. ſunt etenim *T cett.* 100 quod (ł a *ss. al.*) *T* 101 ut & ſi *B* 101 102 ſi hominem aliquem *KC* hominem *om. T cett.* 103 aliter *om. KC* | notum ēē *K* eſt *om. C* 107 108 uoluntate — graditur *om. K* 107 quam (uis *om.*) *B* | cum *om. T* tum *om. N* 109 ıd ē *K* 111 ut quıde/uſ (c *er.*) *K* /dſ/////ea (dſ *in ras. al.*) *T* deuſ *om. C* 113 rela//ta *B* | fiant T^1K^1 fiunt *cett.* 114 notıcıonıſ *B* | ab abſoluta *TBCR* ab *om. KA* 115 fie/nt (a *er.*) *B* fiunt *N* 116 quae *om. K* 117 libro *C* | prof///iciſcuntur *K* 118 quauiſ *K* 119 ammittunt *K* | qua *TNMLR* quia *A cett.* 119 120 quia — potuiſſent *om.* B^1 | euenire non pot. *K* 122 neceſatıſ B^1 | inſtare ueniet *K* | eueniet *TKCMG* euenient *A* eueniat *R* eueniant *BL*

ea quae paulo ante proposui sol oriens et gradiens homo, quae dum fiunt, non fieri non possunt: eorum tamen unum prius quoque quam fieret, necesse erat existere: alterum uero minime. ita etiam quae praesentia deus habet, dubio procul existunt, sed eorum hoc quidem de rerum necessitate descendit, illud uero de potestate facientium. Haut igitur iniuria diximus haec, si ad diuinam notitiam referantur, necessaria, si per se considerentur, necessitatis esse nexibus absoluta: sicuti omne quod sensibus patet, si ad rationem referas, uniuersale est, si ad se ips*um* respicias, singulare. Sed si in mea, inquies, potestate situm est mutare propositum, euacuabo prouidentiam, cum quae illa praenoscit forte mutauero. respondebo: propositum te quidem tuum posse deflectere, sed quoniam et id te posse et an facias quoue conuertas praesens prouidentiae ueritas intuetur, diuinam te praescientiam non posse uitare, sicuti praesentis oculi effugere non possis intuitum, quamuis te in uarias actiones libera uoluntate conuerteris. Quid igitur inquies? ex meane dispositione scientia diuina mutabitur, ut cum ego nunc hoc nunc illud uelim, illa quoque noscendi uices alternare uideatur? — Minime. — Omne namque futurum diuinus praecurrit intuitus et ad praesentiam propriae cognitionis retorquet ac reuocat nec alternat, ut aestimas, nunc hoc nunc illud praenoscendi uice, sed uno ictu mutationes tuas manens praeuenit atque complectitur. quam comprehendendi omnia uisendique prae-

123 paule T^1 127 dubio procul *TKCAM* procul dubio *BR* | exiſtent *KAMG* exiſtunt *TBC* 129 Haut *BCL* Hau*d* (d *in ras. al.*) *T'* Aut *K* | iniuriam KB^1 iniuriā (ā *in* a *c.*) *T* 131 neceſſitatib; (ib *er.*) K^1 neceſſitaſ *C* | a nexibuſ *C* 133 ipſa TKB^1RN ipſum *CA* 134 poteſtate inquieſ *C* 135 prouidentia T^1 136 quae] q, T^1 q; B^1C^1KAR 137 quidē/ *al. ex* quidem *T* | tuum ẹ͡ẹ poſſe *K* tuum te quidem *A* 139 praeſcientiam te *K* 142 Quod igitur *K* 144 illud T^1 aliud *ceteri* 148 uice *libri omnes* 149 conpl. *K* 150 conprehendi KB^1 conprehendendi *T* | uiſiendiq; *K*

sentiam non ex futurarum prouentu rerum, sed ex propria deus simplicitate sortitus est. Ex quo illud quoque resoluitur quod paulo ante posuisti indignum esse, si scientiae dei causam futura nostra praestare dicantur. haec enim scientiae uis praesentaria notione cuncta complectens rebus modum omnibus ipsa constituit, nihil uero posterioribus debet. Quae cum ita sint, manet intemerata mortalibus arbitrii libertas nec iniquae leges solutis omni necessitate uoluntatibus praemia poenasque proponunt. manet etiam spectator desuper cunctorum praescius deus uisionisque eius praesens semper aeternitas cum nostrorum actuum futura qualitate concurrit bonis praemia malis supplicia dispensans. nec frustra sunt in deo positae spes precesque quae cum rectae sunt, inefficaces esse non possunt. Aduersamini igitur uitia, colite uirtutes, ad rectas spes animum subleuate, humiles preces in excelsa porrigite. magna uobis est, si dissimulare non uultis, necessitas indicta probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis.

151 p̃uentu *T*¹ 152 Et quo *B*¹ 153 154 eſſe ſi ſc.] eſſentiae *B*¹ 155 ſcientiae uis] ſcıentıaej (= iuſ *pro* uiſ?) *K* ſcıentıa eiuſ *Thu.2* | no//tıone *T*' no//cıone *B* 156 conpl. *K* 157 uere *K* 158 mortalitaſ *K* 159 iniq; *T*¹*K**M*¹ ini//quae (*al. c.*) *C* 160 poenaſq;quę *B*¹ | ſpecta/// (*al. c.*) *C* tor 162 ſemper aet.] ſempiternitas *R* *Volkmannus ci.* | noſtrarum *B*¹ 164 fruſta (r) (*pr. c.*) *C* 165 Quaecūq; *K* | recta *K* | ſunt ω ſint *A* 166 Aduerſamini *T*¹*L* auerſ. *cett.* 167 excelſiſ *K* 170 cuncta *bis* *C*

ANICII MANLII SEUERINI BOECII | ũc ET ĩNL EXCONSL ORĐ EXMĀG | OFFATO. PATRICIO PHILOSOPHIAE (*sic*) | C̃SOLATIONIS LIB̃ (atq;) QVINT'. | FELICITER EXPLICIT. ƌõ GRATIAS AMHN *K* ƌ̃ GRATIAS EXPLICIT FELICITER *T* EXPLICIT LIBER QVINTVS *B* EXPLICIT LIBER .V. *M* EXPLICIT LIBER .V. PHILOSOPHICĘ CONSOLATIONIS. *R* *om.* *CAL*

SYMMACHI

Fortunae et uirtutis opus Seuerine Boeti
E patria pulsus non tua per scelera.
Tandem ignotus habes qui te colat, ut tua uirtus
Vt tua fortuna promeruitque sophos.
Post obitum dant fata locum, post fata superstes
Vxoris propriae te quoque fama colit.

ANICII MANLII SEVERINI BOETII

INCERTORUMQUE

OPUSCULA

SACRA

SIGLORUM TABULA

ω	α	T	Tegernſeenſis (in I—IIII) uel
		C	Bernensis 618 (in V)
		E	Einſidlenſis 235
	ψ	B	Bernenſis 510 (in V 517^{d})
		A	Gothanus
	R	R^1	Regius pariſinus uetuſtiſſimus Vallini
		R^2	Regius alter Vallini
		Vict.	Codex Sti Victoris pariſinus recentior ſed bonae notae a Vallino inſpectus
		P	Exemplar baſilienſe Henrici Petri a. MDLXX
		V	Exemplar lugdunenſe Renati Vallini a. MDCLVI

ANICII MANLII SEVERINI BOETII
EX CONSL. ORD. PATRICII
DE SANCTA TRINITATE
DOMINO PATRI SYMMACHO DE TRINITATE BOETIUS.

Investigatam diutissime quaestionem, quantum nostrae mentis igniculum lux diuina dignata est, formatam rationibus litterisque mandatam offerendam uobis communicandamque curaui tam uestri cupidus iudicii quam nostri studiosus inuenti. Qua in re quid mihi sit animi quotiens stilo cogitata commendo, cum ex ipsa materiae difficultate tum ex eo quod raris id est uobis tantum conloquor, intellegi potest. neque enim famae iacta-

ANICII MANLII SEUERINI BOETII EX | CONSOLATIONE OR̄Ꝺ PATRICII ꝹE SC̄A: | TRINITATE | Domino patri ſymmacho de trinitate bo&iuſ; (*ex* conſolatione *coaeua manus effecit* conſulari *litterae* o *expunctae ſuperpoſita* v *deletisque* one *ſyllabis quibus quae praeterea supra ſcripſerat* RꝹINE *ſtatim ipſa deleuit*) *T* AMBOETII VIRI CONSVLAR̃ EXC̃SŁ | ORꝹ̃ · ATQ ∵ PATRICII DE SC̃A TRINITATE | DOMINO PATRI SẎMACHO DE S̃ TRINIT̃ BOETIVS *E* ANCII · MANLII · SEV́ERINI · BOETII · | V. C. & ıllUSTRIS EX CS̃VLIS ORDINA | RII AC PATRICII INCIPIT LIB̃ QUO | MODO TRINITAS UN DS AC Ñ TRES | DII AD QUINTŨ AŨRL · MEMIÚ (*ss:* SIMMACŰ) ETIŁŁ | VC. EXC̄ ORDINARIŨ AT PATRICIŨ SOCER · | Inueſtigatam *etqſ. B* ANICII · MANLII · SEVERINI . BOETII · VC | ET INŁ . EXCONSŁ · ORD̃ · Patricii · INCIP̄ LIBER | Quom Trinitaſ VNV D̄S ac ñ treſ dii . atq; AVR: | MEMM̄ SIMAchV V͠C ET INŁ · EX | CONSVŁ ORDȮ PATRICIṼ ATQ · | SOCERVM · | DOMINO PATRI SIMA | CHO BOETIVS· *A*

PR.] 1 inquantum *E* 2 ignicule *E*[1] igniculum l. d. d. e. illuſtrare *E* illuſtrare *om. Tψ* 3 litteris (*ss.* q;) *A* | esse uobis *A* 4 tam ueſtri c. i. quam ueſtri *A* | cūpıđ *B* 6 cogitata *α* excogitata *ψ* | tum *E*[1]*A* | materiae *om. B* 7 dific. *E* | id eſt] ıđ. *A* 8 conl. *T* collocor *E*[1]

tione et inanibus uulgi clamoribus excitamur; sed si quis est fructus exterior, hic non potest aliam nisi materiae similem sperare sententiam. Quocumque igitur a uobis deieci oculos, partim ignaua segnities partim callidus liuor occurrit: ut contumeliam uideatur diuinis tractationibus inrogare qui talibus hominum monstris non agnoscenda haec potius quam proculcanda proiecerit. Idcirco stilum breuitate contraho et ex intimis sumpta philosophiae disciplinis nouorum uerborum significationibus uelo, ut haec mihi tantum uobisque, si quando ad ea conuertitis oculos, conloquantur. Ceteros uero ita summouimus, ut qui capere intellectu nequiuerint ad ea etiam legenda uideantur indigni. Sed ne tantum a nobis quaeri oportet quantum humanae rationis intuitus ad diuinitatis ualet celsa conscendere. nam ceteris quoque artibus idem quasi quidam finis est constitutus, quo usque potest uia rationis accedere. Neque enim medicina aegris semper adfert salutem, sed nulla erit culpa medentis, si nil eorum quae fieri oportebat omiserit. Idemque in ceteris. At quantum haec difficilior quaestio est, tam facilior esse debet ad ueniam. Vobis tamen etiam illud inspiciendum est, an ex beati Augustini scriptis semina rationum aliquos in nos uenientia fructus extulerint. ac de proposita quaestione hinc sumamus initium.

I Christianae religionis reuerentiam plures usur-

11 ſpectare *E* | quacumque *interpres E* 14 tractationibus α tractatibus ψ | inr. TB^1 | qui ego tal. B^1 15 haec] hic *R* | proiecerim *A* 16 brebitate *T* | extimis (in *om*) *B* 18 mihi] m. *B* | uobisque *ss. pr. B* 18 19 ſi quando — oculos *mg. pr. B* | conuertitis *TR interpres E* conuerteritis *E?* ψ 19 conl. *T* collocantur E^1 20 ſummouimus α*A* ſubmouimus BR^1 *Vict.* ſubmouemus *V* ſummouebimus T^2 21 Sed ne TBR^1P Sed nec R^2 Sane T^2EA Sed nunc *V* | tatum E^1 22 a uobis *A* 23 diuitatis A^1 24 idem] id eſt (*ſic*) *A* 26 aegris ſemper α ſemper aegris ψ | adfert T^1 | nullas *B* 27 nil *T* nihil *E*ψ | horum *E* | oportebant *A* 29 tanto ψ tantum *E* tam *T* | eſſe ad ueniam debet *E* 30 inſpiendum *E* 31 aguſtini *T*

pant; sed ea fides pollet maxime ac solitarie quae cum propter uniuersalium praecepta regularum, quibus eiusdem religionis intellegatur auctoritas, tum propterea, quod eius cultus per omnes paene mundi terminos emanauit, catholica uel uniuersalis uocatur. cuius haec de trinitatis unitate sententia est: Pater, inquiunt, deus filius deus spiritus sanctus deus. igitur pater filius spiritus sanctus unus non tres dii. cuius coniunctionis ratio est indifferentia. eos enim differentia comitatur qui uel augent uel minuunt, ut Arriani qui gradibus meritorum trinitatem uariantes distrahunt atque in pluralitatem diducunt. principium enim pluralitatis alteritas est; praeter alteritatem enim nec pluralitas quid sit intellegi potest. Trium namque rerum uel quotlibet tum genere tum specie tum numero diuersitas constat. quotiens enim idem dicitur, totiens diuersum etiam praedicatur. Idem uero dicitur tribus modis: aut genere ut idem homo quod equus, quia his idem genus ut animal: uel specie ut idem Cato quod Cicero, quia eadem species ut homo: uel numero ut Tullius et Cicero, quia unus est numero. Quare diuersum etiam uel genere uel specie uel numero dicitur. sed numero differentiam accidentium uarietas facit. nam tres homines neque genere neque specie sed suis accidentibus distant: nam uel si animo cuncta ab his accidentia separaremus, tamen locus cunctis diuersus est quem

C. I] 2 tum *A* 3 precepta *T* 4 regionis *E*[1] 5 mundi pene terminos *E* mundi term. pene *A* | pene *TEA* poene *B* 6 uocatur] nuncupatur *E* 7 inquiunt] *ss. al.* catholici *B* 9 unus deus non t. d. *E* | coniuncionis *E* 10 ratio in indifferentia est *E* 11 qui uel a. u. minuunt *pr. mg. B* | arriani *ω* 13 plurialitatem *B* | deducunt *A* 16 quodlibet *TA* quotlibet *EB* | tum *ter*] †...†...†... *E*[1] 17 conſiſtit *Vict.* 18 tribus dr̃ modis *A* 19 quia iſdem (ſ *al. del.*) *T* quia idem *T*[2]*EP* quia hiſ idem *ψ* (his *er. B*) 21 Et numero *E* | tullius cicero (et *om.*) *E* 22 diuerſo *B* 23 ſed numero *α* ſed in numero *ψ* 26 uel ſi *TBR Vict.* ſi uel *A* uel *om. E* 27 ſepararemus *T* ſeparamus *E* ſeparemus *ψ*

unum fingere nullo modo possumus. duo enim corpora unum locum non obtinebunt, qui est accidens atque ideo sunt numero plures, quoniam accidentibus plures fiunt.

II Age igitur ingrediamur et unumquodque ut intellegi atque capi potest dispiciamus. nam, sicut optime dictum uidetur, eruditi est hominis unumquodque ut ipsum est ita de eo fidem capere temptare. Nam cum tres sint speculatiuae partes, naturalis: in motu inabstracta ἀνυπεξαίρετος. considerat enim corporum formas cum materia, quae a corporibus actu separari non possunt. quae corpora in motu sunt ut cum terra deorsum ignis sursum fertur, habetque motum forma materiae coniunctae — mathematica: sine motu inabstracta. haec enim formas corporum speculatur sine materia ac per hoc sine motu. quae formae cum in materia sint, ab his separari non possunt — theologia: sine motu abstracta atque separabilis. nam dei substantia et materia et motu caret: In naturalibus igitur rationabiliter in mathematicis disciplinaliter in diuinis intellectualiter uersari oportebit neque diduci ad imaginationes, sed potius ipsam inspicere formam quae uere forma neque imago est et quae esse ipsum est et ex qua esse est: omne namque esse ex forma est. statua enim non secundum aes quod est materia, sed secundum formam qua in eo insignita est effigies ani-

29 optinebunt *A* obtinent *B* 30 nmro (v. *et* e *ss. al.*) *T*

C. II] 2 poteſt atque capi *A* 3 hominis eſt *E* 5 ſunt *B* | in mota T^1 immota *B* in motu ET^2A 6 ἀnγπεξἀΙΡЄΤΟϹ (*sed* I *expuncto*) *T* ıđ ἀΗΥΠЄΖἀΙΡЄΙΤΟϹ *A* ἀΠЄ≧ЄΡΙΤΟϹ *E* ἀΠЄΡΙΤΟϹ *B* ἀνεπεξαίρετος *V* *correxi* inſeparabilis s. phiſia *ss.* *B* id eſt inſeparabilis *add.* *V* 9 habet quoque *E* 10 matheriœ *B* | coniunctae *α* coniuncta *ψ* (iuncta *B*) | in abſtracta eſt. *A* 11 corporum formas *A* 12 //ac (h. *er.?*) *T* 13 ab his *ω* ab ea *V* | theologia *α* theologica *ψ* theologca (c *in* i *c.*) *B* 14 hic ſine *B* | nam] Non *T* 15 immaturalibus *B* 16 rationabiliter TER^1A rationaliter *B* 17 deduci *A* 21 quod mat. eſt (ſed *m. ſec. add.*) *E* 22 qua *TB* quae *EA* | inſıgnata (*pr. c.*) T^1 | anmaliſ *B*

malis dicitur. ipsumque aes non secundum terram quod eius materia, sed dicitur secundum aeris figuram. terra quoque ipsa non secundum ἄτοπον ὕλην dicitur, sed secundum siccitatem grauitatemque quae sunt formae. Nihil igitur secundum materiam esse dicitur sed secundum propriam formam. Sed diuina substantia sine materia forma est atque ideo unum et est id quod est. reliqua enim non sunt id quod sunt. unum quodque enim habet esse suum ex his ex quibus est id est ex partibus suis, et est hoc atque hoc id est partes suae coniunctae, sed non hoc uel hoc singulariter, ut cum homo terrenus constet ex anima corporeque, corpus et anima est, non uel corpus uel anima in partem: igitur non est id quod est. quod uero non est ex hoc atque hoc, sed tantum est hoc, illud uere est id quod est: et est pulcherrimum fortissimumque quia nullo nititur. Quocirca hoc uere unum in quo nullus numerus nullum in eo aliud praeterquam id quod est. neque enim subiectum fieri potest, forma enim est; formae uero subiectae esse non possunt. Nam quod ceterae formae subiectae accidentibus sunt ut humanitas, non ita accidentia suscipit eo quod ipsa est, sed eo quod materiae subiecta est. dum enim materia subiecta humanitati suscipit quodlibet accidens, ipsa hoc suscipere uidetur humanitas. Forma uero quae est sine

24 quod eiuſ (éſt *mg. al. add.*) *T* quod eſt eius *EB* quae eiuſ *A* | dicitur *hic. om. E* | figuram dicitur *E* 25 ſecundum informem materiam id eſt KἀTἀTHN YΛHN *E* id eſt *om. V* ſecundum KἀTΛTHN·yλHN (*ss. al.* ſecundum informem matheriam) *B* ſecundum KἀΘἀTHNILEN *A* ſecundum . ἀΠOTON . yλHN *T* ἄτοπον *ſcripſi* 27 igitur] ergo *B* 29 adque *et ſic paſſim B* | unum & eſt (& *al. del.*) *T* unum eſt & *EB* unum eſt . & ē *A* 31 ex his *om. B* 34 et corpore *B* 35 uel ſolum anima *B* 36 partem *TE*²*A* parte *E*¹*B* 38 pulcrum (*ss.* l' purcherrimum) *E*¹ 38 39 qui anullo *B* 39 nulliſ *T* 40 nmrſ *T*¹ | pr&erquam *T* praeter (*om.* quam) *B* | quo (*al.* d *ss.*) *T* 42 uero] enim *B* | quod *ex* cum *ant. c. T* 43 ſunt *ω* ſint *V* | human (u *ex* o?) *B* 44 ſubcipit *B*¹ *ut uidetur* | in eo *A* 45 in eo *A* | materiae *TB* materia ei *EA*

materia non poterit esse subiectum nec uero inesse materiae, neque enim esset forma sed imago. ex his enim formis quae praeter materiam sunt, istae formae uenerunt quae sunt in materia et corpus efficiunt. nam ceteras quae in corporibus sunt abutimur formas uocantes, dum imagines sint. adsimulantur enim formis his quae non sunt in materia constitutae. Nulla igitur in eo diuersitas nulla ex diuersitate pluralitas nulla ex accidentibus multitudo atque idcirco nec numerus.

III Deus uero a deo nullo differt, ne uel accidentibus uel substantialibus differentiis in subiecto positis distent. ubi uero nulla est differentia, nulla est omnino pluralitas, quare nec numerus. igitur unitas tantum. Nam quod tertio repetitur deus, cum pater ac filius et spiritus sanctus nuncupatur, tres unitates non faciunt pluralitatem numeri in eo quod ipsae sunt, si aduertamus ad res numerabiles ac non ad ipsum numerum. illic enim unitatum repetitio numerum facit. In eo autem numero qui in rebus numeralibus constat, repetitio unitatum atque pluralitas minime facit numerabilium rerum numerosam diuersitatem. Numerus enim duplex est, unus quidem quo numeramus, alter uero qui in rebus numerabilibus constat. etenim unum res est, unitas, quo unum dicimus. duo rursus in rebus sunt ut homines uel lapides: dualitas nihil, sed tantum dualitas qua duo homines uel duo lapides fiunt. et in ceteris eodem modo. Ergo in numero quo numeramus

49 enim *om.* B 53 ſint] ſunt E | adſim. T aſſimilantur E^1 | enim] etiam B 54 hiſ ω eis V 56 i//circo B

C. III] 1 ne α nec ψ *quod Nitzſchio p. 97 probatur* 2 in ſubi.] in *om.* B | poſſitiſ B 3 diſtent T^1R diſtet *Vict.* diſtat ψT^2 5 quod] cum R^1 | pater & filiuſ B 6 nuncupantur E 7 ňm̃rı T | aduertamuſ (ſ *del.*, r *ss. pr.*) T 8 num̃ A 9 unitatṽ (ṽ *in raſ.?*) T 10 numeralibus α *Vict.* numerabilibus ψE^2 13 quidem *om.* A 14 numeralibuſ A numerabuſ (*ss.* bili) E 15 quo αB qua A 17 qua] quia E | lapideſ duo A 17 18 Et ceteriſ (in *om.*) E^1A

repetitio unitatum facit pluralitatem; in rerum uero numero non facit pluralitatem unitatum repetitio, uel si de eodem dicam gladius unus mucro unus ensis unus. potest enim unus tot uocabulis gladius agnosci, haec enim unitatum iteratio potius est non numeratio. uelut si ita dicamus ensis mucro gladius, repetitio quaedam est eiusdem non numeratio diuersorum: uelut si dicam sol sol sol, non tres soles effecerim, sed de uno totiens praedicauerim. Non igitur si de patre ac filio et spiritu sancto tertio praedicatur deus, idcirco trina praedicatio numerum facit. hoc enim illis ut dictum est imminet qui inter eos distantiam faciunt meritorum. Catholicis uero nihil in differentia constituentibus ipsamque formam ut est esse ponentibus neque aliud esse quam est ipsum quod est opinantibus recte repetitio de eodem quam enumeratio diuersi uidetur esse cum dicitur deus pater deus filius deus spiritus sanctus atque haec trinitas unus deus uelut ensis atque mucro unus gladius uel ut sol sol sol unus sol. Sed hoc interim ad eam dictum sit significationem demonstrationemque qua ostenditur non omnem unitatum repetitionem numerum pluralitatemque perficere. non uero ita dicitur pater et filius et spiritus sanctus quasi multiuocum quiddam: nam mucro et ensis et ipse est et idem. pater uero ac filius et spiritus sanctus idem equidem est non uero ipse. in qua re paulisper considerandum est. requirentibus enim: Ipse est pater qui filius? minime inquiunt. rursus: Idem alter qui alter? negatur. non

20 21 uel ſi *αA* uelut ſi *B* 21 dicamuſ *B* 22 enim *om. E* | unuſ gladiuſ tot uoc. agn. *A* 23 iteratio *αB* repetitio *A* repetitio iteratio *R* 24 dicam *E* 25 ſi ita dicam *V* 26 efficerim T^1 | totieſ T^1 29 enim ut d. eſt illiſ *B* | inm. *EA* 30 qui diſtantiam inter eoſ *A* 33 opinatibuſ *B* | de eodem *om.* E^1 34 diuerſa *A* 35 trinitatiſ *E* 36 ueluti *V* | atque *om.* E^1 37 ſol ſol *E* | haec T^1A hoc ET^2B 37 38 dicta ſint *A* 38 que] q. *om. al. ss. T* 39 rep&ionem T^1 40 p. ac f. *A* 43 quidem *A* 44 rē *al. ni f. ex* re *T* 45 qui et fil. *E* 46 quod *ex* qui E^2

est igitur inter eos in re omni indifferentia: quare subintrat numerus quem ex subiectorum diuersitate confici superius explanatum est. De qua re breuiter considerabimus, si prius illud, quem ad modum de deo unum quodque praedicatur, praemiserimus.

IIII Decem omnino praedicamenta traduntur quae de rebus omnibus uniuersaliter praedicantur, id est substantia qualitas quantitas ad aliquid ubi quando habere situm esse facere pati. Haec igitur talia sunt qualia subiecta permiserint. nam pars eorum in reliquarum rerum praedicatione substantia est, pars in accidentium numero est. at haec cum quis in diuinam uerterit praedicationem, cuncta mutantur quae praedicari possunt. Ad aliquid uero omnino non potest praedicari; nam substantia in illo non est uere substantia sed ultra substantiam: item qualitas et cetera quae uenire queunt. quorum ut amplior fiat intellectus exempla subdenda sunt. Nam cum dicimus deus, substantiam quidem significare uidemur, sed eam quae sit ultra substantiam. cum uero iustus, qualitatem quidem sed non accidentem, sed eam quae sit substantia sed ultra substantiam, neque enim aliud est quod est, aliud est quod iustus est, sed idem est esse deo quod iusto. item cum dicitur magnus uel maximus, quantitatem quidem significare uidemur, sed eam quae sit ipsa substantia talis qualem esse diximus

47 indiferentia *T* | quare ω qua *V* 49 conſiderauimuſ *T*[1] | de eo *A* deͤo *E* 51 quotque *B* | premiſ. *T* prẽmiſerimuſ *A*

Cap. IIII] 1 decim *T* 2 id eſt] id̄ *A* 3 ſubſtantiam *T'* 50 aliqid *B* 4 ſitus (*om.* eſſe) *E* 6 ſubſtantia *om.* *E*[1] | accidentiam *B* 7 at ω atque *V* 9 ad *om.* *T*[1] at *B*[1] | uero *om.* *E*[1] | *uerba* ad aliquid . . . praedicari *interpretis eſſe ſuſpicatur Nitzſchius p. 99.* 11 ueniri *E* euenire *B*[2] *V* 14 uidetur *B*[1] | ea *E* | ſubſtantia *om.* *E*[1] 15 16 Cur uero . . . . ſubſtantiam *mg. pr.* *B* 16 ſed nec eam *B* | ſed *del.* *T*[2] (*rec. m. ss.* Vt ſit *et mg. add.* ita *ante* ſubſtantia) et *ex* sed *E*[2] 17 aliud quod (eſt *om.*) *V* 18 idem] id *E* | iuſtum *E* l'tum *rec. ss.* *T* 20 qualem eam eſſe *B*

ultra substantiam. idem est enim esse deo quod magno, de forma enim eius superius monstratum est, quoniam is sit forma et unum uere nec ulla pluralitas. Sed haec praedicamenta talia sunt, ut in quo sint ipsum esse faciant quod dicitur, diuise quidem in ceteris in deo uero coniuncte atque copulate hoc modo: nam cum dicimus substantia aut homo uel deus, ita dicitur quasi illud de quo praedicatur ipsum sit substantia, ut substantia homo uel deus. Sed distat, quoniam homo non integre ipsum homo est ac per hoc nec substantia. quod enim est, aliis debet qui non sunt homo: deus uero hoc ipsum deus est. nihil enim aliud est nisi quod est ac per hoc ipsum deus est. Rursus iustus, quod est qualitas, ita dicitur quasi ipse hoc sit de quo praedicatur. id est si dicamus homo iustus uel deus iustus, ipsum hominem uel deum iustos esse proponimus. sed differt, quod homo alter alter iustus, deus uero idem ipsum est quod est iustum. Magnus etiam homo uel deus dicitur atque ita quasi ipse sit homo magnus uel deus magnus. sed homo tantum magnus, deus uero ipsum magnus existit. Reliqua uero neque de deo neque de ceteris praedicantur: nam ubi uel de homine uel deo praedicari potest, de homine ut in foro, de deo ut ubique. sed ita ut non quasi ipsa sit res id quod praedicatur de qua dicitur. non enim ita homo dicitur esse in foro quem ad modum esse albus uel longus nec quasi circumfusus et determinatus proprie-

21 idem enim eſt *E* eſt *om. B* | magnus *B?* l' nū *rec. ss. T* 22 monſtratum *T Vict. ψ* demonſtratum *VE?* 23 unum ẽẽ uere *E* 24 talia ſint (*rec.* v *ss.*) *T* | in quo ſunt *V* 27 dicimus] dñſ *A* | ſubſtantiam *AR²* | aut *αBR* (aud *E*) ut *AV* 30 ac] hac *B* 31 qui *T* quae *Eψ* l' e *ss. T²* 32 hoc ipſum quod eſt deus eſt *V* 37 difert B | quod *ω* quoniam *V* | homo ////// alter alṫ iuſtus *B* eſt iuſtuſ *AV* eſt *om. αB* 38 iuſtuſ *E* | Mag *B* 40 41 ſed homo . . exiſtit *mg B* 40 tamen *T¹* 41 magnum *A* 43 44 uel de homine uel deo *T* uel de h. uel de deo *EA* uel de deo uel de homine *B* 44 ñ //// quaſi /// ſit reſ ipſa id qđ (*poſt* ñ *er. uidetur* ipa) *B* 46 ammodum *T²* | eſſe *EA* ẹẽ *T* et *B* | uel *α* et *ψ*

tate aliqua qua designari secundum se possit, sed tantum quo sit illud aliis informatum rebus per hanc praedicationem ostenditur. de deo uero non ita, nam quod ubique est ita dici uidetur non quod in omni sit loco, omnino enim in loco esse non potest, sed quod omnis ei locus adsit ad eum capiendum, cum ipse non suscipiatur in loco; atque ideo nusquam in loco esse dicitur, quoniam ubique est sed non in loco. Quando uero, eodem praedicatur modo ut de homine heri uenit, de deo semper est. Hic quoque non quasi esse aliquid dicitur illud ipsum de quo hesternus dicitur aduentus, sed quid ei secundum tempus accesserit praedicatur. quod uero de deo dicitur semper est, unum quidem significat, quasi omni praeterito fuerit, omni quoquo modo sit praesenti est, omni futuro erit. quod de caelo et de ceteris inmortalibus corporibus secundum philosophos dici potest, at de deo non ita, semper enim est, quoniam semper praesentis est in eo temporis. tantumque inter nostrarum rerum praesens, quod est nunc, interest ac diuinarum, quod nostrum nunc quasi currens tempus facit et sempiternitatem, diuinum uero nunc permanens neque mouens sese atque consistens aeternitatem facit. cui nomini si adicias semper, facies eius quod est nunc iugem indefessumque ac per hoc perpetuum cursum quod est sempiternitas. Rursus habere uel facere eodem modo. dicimus enim uestitus currit de homine: de deo cuncta possidens regit. Rur-

48 aliqua proprietate *A* | tamen *T* tantum *Eψ* l' tñ *ss. E* 49 quo *TA* quod *EB* 55 ìn loco ñon (*pr. c.*) *A* 55 56 quando praedicatur uero eodem modo *B* q. u. eodem modo praedicatur *E* 58 hic heſternuſ *ψ* hic *om. α* | eſternuſ *T* 59 quod *A* 60 61 unum quidem ſtatum ſignificat *A* 61 ñ quaſi *E* | in omni B^1 61 62 quo quomodo *α* quoque modo *ψ* 62 praeſenti eſt *TBR* eſt *om.* E^1A ẽ *mg. E* 63 inm. *T* 64 dici ſec. phil. *A* 65 praeſ. eſt] eſt *om. B* | in omni R^2 68 facit ſemp. (et *om.*) AR^2 | ſempiternitatem (it *in raſ.*) *T* ſempiternum *V* 71 infeſſumque E^1 72 ſemp. eſt *E* 74 omine *B*

sus de eo nihil quod est esse de utrisque dictum est. sed haec omnis praedicatio exterioribus datur omniaque haec quodam modo referuntur ad aliud. cuius praedicationis differentiam sic facilius internoscimus: qui homo est uel deus refertur ad substantiam qua est aliquid, id est homo uel deus. qui iustus est refertur ad qualitatem qua scilicet est aliquid, id est iustus, qui magnus ad quantitatem qua est aliquid, id est magnus. Nam in ceteris praedicationibus nihil tale est. qui enim dicit esse aliquem in foro uel ubique, refert quidem ad praedicamentum quod est ubi, sed non quo aliquid est uelut iustitia iustus. Item cum dico currit uel regit uel nunc est uel semper est, refertur quidem uel ad facere uel ad tempus. si tamen interim diuinum illud semper tempus dici potest, sed non quo aliquo aliquid est uelut magnitudine magnum. nam situm passionemque requiri in deo non oportet, neque enim sunt. Iamne patet quae sit differentia praedicationum? quod aliae quidem quasi rem monstrant aliae uero quasi circumstantias rei quodque illa quae ita praedicantur, ut esse aliquid rem ostendant, illa uero ut non esse, sed potius extrinsecus aliquid quodam modo adfigant: illa igitur, quae aliquid esse designant, secundum rem praedicationes uocentur. quae cum de rebus subiectis dicuntur, uocantur accidentia secundum rem, cum uero de

75 de eo nihil *TA* nihil de eo *EB* l' de dõ *mg E* 76 ſed haec] haec *om. B* | omniaquae *T* que *om. B* 78 inter noſ ſcimuſ *T* ĩτ noſcimuſ *A* 79 uel eſt *A* 80 deuſ uel homo *A* 81 qui] q *A* 82 i*d* (d *rec. add.*) *T* 84 aliquem eſſe *B* eſſe aliqd *A* 85 quo] l' qđ *ss. interpres T* quod (*at mg.* quo) *E* 88 tamen] tm̃ *A* 89 non ///////// quo aliquid eſt *E* non quo ut aliquo a. eſt *V* non quo aliquo q eſt dſ aliqd (*ex* aliqđ *corr.*) eſt *A* 90 uelut a magn. *A* 91 non oportet in deo ψ (dn̄o *B*) 94 illā *B* | quae *T* que *E* q̃ *A* q̃; *B* quidem *V* illa ita (*om. media uoce*) R^2 94 95 ut eſſe] ut *om. A* 95 ut non] ut *om. A* 96 adf. *T* affingant *A* 97 praedicationiſ *A* 98 pr. ẽẹ uoc. *E* | uocantur *A* | quaecumque E^2 99 uocentur *Ė*

deo qui subiectus non est, secundum substantiam rei praedicatio nuncupatur.

V Age nunc de relatiuis speculemur pro quibus omne quod dictum est sumpsimus ad disputationem. maxime enim haec non uidentur secundum se facere praedicationem quae perspicue ex alieno aduentu constare perspiciuntur. Age enim, quoniam dominus ac seruus relatiua sunt, uideamus utrumne ita sit, ut secundum se sit praedicatio an minime. Atqui si auferas seruum, abstuleris et dominum, at non etiam si auferas albidinem, abstuleris quoque album. Sed interest, quod albido accidit albo, qua sublata perit nimirum album. at in domino, si seruum auferas, perit uocabulum quod dominus uocabatur: sed non accidit seruus domino ut albido albo, sed potestas quaedam qua seruus coercetur. quae quoniam sublato deperit seruo, constat non eam per se domino accidere sed per seruorum quodam modo extrinsecus accessum. Non igitur dici potest praedicationem relatiuam quidquam rei de qua dicitur secundum se uel addere uel minuere uel mutare. quae tota non in eo quod est esse consistit, sed in eo quod est in comparatione aliquo modo se habere, nec semper ad aliud sed aliquotiens ad idem. age enim stet quisquam. ei igitur si accedam dexter, erit ille sinister ad me comparatus, non quod ille ipse sinister sit, sed quod ego dexter accesserim. rursus ego sinister accedo, idem

100 ſubſtantiam *A* 101 praedicationem *A* dicatio (prae *om.*) *B* | nuncubatur *A*

Cap. V] 2 ſumſimuſ T^1B 4 perſpicuae *T* 5 perſpic/ıuntur (ı *er.*) *B* 7 atque *T* 7 8 ſi abſtuleriſ ſeruum *R Vict.* 8 et dom.] et *T* etiam *E* quoque *B* quoque & *A* | at] aut *E* | abſtuleris *V* albedinem (e *ex* i) T^2 10 albedo (e *ex* i) T^2 11 quod TE^2 qũo *A* quo E^1B 12 uocatur *A* 13 albido T'^1 | cohercetur *A* 14 æā *ex* & *B* 17 relatıọuā *A* | quidquam T^1 19 conſſiſtit *B* | ſed ıeo (n *supra*) *B* 20 ſedabere B^1 23 ille ille ipſe *A* ipſe *om.* E^1 24 dexter illi acc. *A* | ſiniſter acceſſerim *A* | idem *T* item *Eψ*

ille sit dexter, non quod ita sit per se dexter uelut albus ac longus, sed quod me accedente fit dexter atque id quod est a me et ex me est minime uero ex sese. Quare quae secundum rei alicuius in eo quod ipsa est proprietatem non faciunt praedicationem, nihil alternare uel mutare queunt nullamque omnino uariare essentiam. Quocirca si pater ac filius ad aliquid dicuntur nihilque aliud ut dictum est differunt nisi sola relatione, relatio uero non praedicatur ad id de quo praedicatur quasi ipsa sit et secundum rem de qua dicitur, non faciet alteritatem rerum de qua dicitur, sed, si dici potest, quo quidem modo id quod uix intellegi potuit interpretatum est, personarum. Omnino enim magna regulae est ueritas in rebus incorporalibus distantias effici differentiis non locis. neque accessisse dici potest aliquid deo, ut pater fieret: non enim coepit esse umquam pater eo quod substantialis quidem ei est productio filii, relatiua uero praedicatio patris. ac si meminimus omnium in prioribus de deo sententiarum, ita cogitemus processisse quidem ex deo patre filium deum et ex utrisque spiritum sanctum; hos, quoniam incorporales sint, minime locis distare. quoniam uero pater deus et filius deus et spiritus sanctus deus, deus uero nullas habet differentias quibus differat ab deo, a nullo eorum differt. differentiae uero ubi absunt, abest pluralitas. ubi abest pluralitas, adest unitas: nihil autem aliud gigni potuit ex deo nisi deus. et in rebus

25 ille ſit *B* ſit ille R^1 27 28 ex ſeſe ex ſua ſubſtancia Quare *B* 30 31 eſſentiam uariare *A* 33 praedicamur B^1 33 34 ad id de quo praedicatur *om.* B^1 34 ipſa] l' ſum *ss. interpres* *T* | et] ſed *A* 35 non faciet ... dicitur *om.* *A* non faciet alt. rerum *om.* *B* | alternitatem *T* alteritatem *Eψ* 36 dici ſi poteſt *A* | id *om.* *B* 39 differentiaſ A^1 | n/// lociſ *B* 40 deo] de eo E^1A | cepit *EB* 41 umquam eſſe *E* 41 42 eſt ei quidem *A* | relatio uero patriſ (*om.* praedicatio) *A* 42 43 at ſi *B?* 45 et ex *α* ex *ψ* 45 46 hoſ quoque quoniam inmortaleſ ſunt *A* 47 d. et f. *α* et *om.* *ψ* | deuſ ſp. (et *om.*) *A* 48 quibus differat ab *om.* E^1 | ab TE^2 a/ (c *er.*) *B* a E^1A 51 aliud *om.* *A* | poteſt *A*

numerabilibus repetitio unitatum non facit modis omnibus pluralitatem. Trium igitur idonee constituta est unitas.

VI Sed quoniam nulla relatio ad se ipsum referri potest, idcirco quod ea secundum se ipsum est praedicatio quae relatione caret, facta quidem est trinitatis numerositas in eo quod est praedicatio relationis, seruata uero unitas in eo quod est indifferentia uel substantiae uel operationis uel omnino eius quae secundum se dicitur praedicationis. Ita igitur substantia continet unitatem, relatio multiplicat trinitatem. atque ideo sola singillatim proferuntur atque separatim quae relationis sunt. nam idem pater qui filius non est nec idem uterque qui spiritus sanctus. idem tamen deus est pater et filius et spiritus sanctus, idem iustus idem bonus idem magnus idem omnia quae secundum se poterunt praedicari. Sane sciendum est non semper talem esse relatiuam praedicationem, ut semper ad differens praedicetur, ut est seruus ad dominum, differunt enim. nam omne aequale aequali aequale est et simile simili simile est et idem ei quod est idem idem est. et similis est relatio in trinitate patris ad filium et utriusque ad spiritum sanctum ut eius quod est idem ad id quod est idem. quod si id in cunctis aliis rebus non potest inueniri, facit hoc cognata caducis rebus alteritas. nos uero nulla imaginatione diduci sed simplici intellectu erigi et ut quidque intellegi potest ita aggredi etiam intellectu oportet.

53 idoneę *A* idonea *B* 54 ünitaſ ëſt *A*

Cap. VI] 1 relatio *om.* *A* 2 ipſam *A* 6 operationeſ *T*¹ 8 rel.] ratio *B* | trinitatem α unitatem ψ 9 ſingillatim α ſingulatim ψ | ſeparatum *T* | prof. atque ſep. *bis ſcripta* *E* 11 illud tamen *B* 12 13 ıđ iuſtuſ id eſt bonus id eſt magnuſ idẽ omnia *A* 14 potuerunt *E* | predic. *T* 15 relatiuam *om.* *A* 16 praedicatur *T* | ſeruuſ eſt *A* | differt *E* idem *ſemel* *A* | ſimili (ſ *pr. ss.*) *T*¹ 19 patri *T'* 20 utriſque *B* | ut] 7 (*i. e.* et) *A* 21 cunctoſ *B*¹ 22 cognita *A* 24 ut] ud *B*¹ | quidq, *ex* quidq̄ *T* quodqʒ *A* 25 adgredi *B* acgredi *E*

Sed de proposita quaestione satis dictum est. nunc uestri normam iudicii expectat subtilitas quaestionis: quae utrum recte decursa sit an minime, uestrae statuet pronuntiationis auctoritas. Quod si sententiae fidei fundamentis sponte firmissimae opitulante gratia diuina idonea argumentorum adiumenta praestitimus, illuc perfecti operis laetitia remeabit unde uenit effectus. Quod si ultra se humanitas nequiuit ascendere, quantum inbecillitas subtrahit uota supplebunt.

26 praepoſita E^1A 27 ſublimitaſ *B* 28 decurſa *T* diſcurſa *ψ* diſcuſſa *E ss. interpres T* | ſtatuet *α* ſtatuat *ψ* R^2 l' at *ss. T* (ſtatuad *B*) 29 ſi *om.* B^1 | ſentiae T^1 n̄rę *ss. B* 30 firmiſſima T^1A firmiſſimæ (æ *ex* a?) *B* firmiſſimae *E* | diuina gratia *E* 31 preſt. *T* 33 aſcedere (l' n *ss. pr.*) *A* 34 ſuplebunt B^1 | EXPLIC̃ *A om. TEB*

ANICII MANLII SEVERINI BOETII

VC. ET INL. EX CONSL. ORD. PATRIC.

AD IOHANNEM DIACONVM

VTRVM PATER ET FILIVS ET SPIRITVS SANCTVS DE DIVINITATE SVBSTANTIALITER PRÆDICENTVR

Quaero an pater et filius ac spiritus sanctus de diuinitate substantialiter praedicentur an alio quolibet modo. uiamque indaginis hinc arbitror esse sumendam, unde rerum omnium manifestum constat exordium, id est ab ipsis catholicae fidei fundamentis. Si igitur interrogem, an qui dicitur pater substantia sit, respondetur esse substantia. Quod si quaeram, an filius substantia sit, idem dicitur. Spiritum quoque sanctum substantiam esse nemo dubitauerit. Sed cum rursus colligo patrem filium spiritum sanctum, non plures sed

ANICII MANLII SEUERINI BOETII U̅C̅ ET INLU̅S EX | CONSOŁ OR̅D PATR̅I̅C AD IOHANNEM DIACONUM UTRU̅ | PATER ET FILIUS ET SP̅S SC̅S · DE DIUINITATE SUBSTANTI | ALITER PRAEDICENTUR ∴ *T auctoris et nominibus et honoribus omissis inscriptio incipit:* AD IOHANNEM DIACONEM (*sic*) ECLESIAE ROMANAE UTRUM *etqss. cum T congruentia praeter ultima uerba:* SUBSTANTIA UTRUM PREDICENTUR *E* INCI̅P̅ EIV^{s}D̅E̅ | ad ſc̅m̅ ioh̄. dıaconū æcclę romanę Vtrū pat̄ & Fılı’ | ac Sp̅s̅ Sc̅s̅ De unıtate Subſtantıalıt̄ P̄dıcentur *A* AD SANCTUM IOANNEM] *is titulus fuit in R^2 optimo codice Vallini. Inſcriptioni ſex uerſus uacui relicti ſunt in B*

1 Quae///ro (ue *er*) *T* | ac ſp. *T* & ſp. *Eψ* 5 ıpı^{s}ſ *E* | intergogem (*pr. c.*) A^1 6 reſpodetur E^1 7 ſubſtantia eſſe E^1 9 ſubſtantia *A* | dibitau *e*/rit (e *ex* t) *B* 10 p. & f. & ſp. *A*

una occurrit esse substantia. una igitur substantia trium nec separari ullo modo aut disiungi potest nec uelut partibus in unum coniuncta est, sed est una simpliciter. Quaecumque igitur de diuina substantia praedicantur, ea tribus oportet esse communia. idque signi erit quae sint quae de diuinitatis substantia praedicentur, quod quaecumque hoc modo dicuntur de singulis in unum collectis tribus singulariter praedicabuntur hoc modo, si dicimus: Pater deus est, filius deus est, spiritus sanctus deus est; pater filius ac spiritus sanctus unus deus. Si igitur eorum una deitas una substantia est, licet dei nomen de diuinitate substantialiter praedicari. ita pater ueritas est, filius ueritas est, spiritus sanctus ueritas est: pater filius et spiritus sanctus non tres ueritates sed una ueritas est. Si igitur una in his substantia una est ueritas, necesse est ueritatem substantialiter praedicari: de bonitate de incommutabilitate de iustitia de omnipotentia ac de ceteris omnibus quae tam de singulis quam de omnibus singulariter praedicamus manifestum est substantialiter dici. Vnde apparet ea quae cum in singulis separatim dici conuenit nec tamen in omnibus dici queunt, non substantialiter praedicari sed alio modo: qui uero iste sit, posterius quaeram. Nam qui pater est, hoc uocabulum non transmittit ad filium neque ad spiritum sanctum. quo fit, ut non sit substantiale nomen hoc inditum.

12 poteſt ullo modo aut diſiungi *A* 13 in unum *om.* *E* 15 ea] eçççe (α supra) *T* æa *B* 16 ſint] illa *ss.* *E* | de *om.* *E*[1] 17 quecumq, *T* | d,r̃ (n supra) *E* 18 ̄dıcantur *B* 19 dicitur *A* | pater deus] eſt *om.* *E*[1] 20 unuſ eſt deuſ *A* eſt *om.* *αB* 21 e/orum (*ex* aeorum?) *B* 24 pater et fil. *E* | f. et ſp.] & *om.* *A* 25 ueritas eſt] eſt *om.* *A* | in hiſ una *E* 26 iniſ *B* | ſubſt. eſt una et ueritaſ *E* ſubſt eſt . una ueritaſ *A* | ueriṭatatem *E* 29 quae — omnibuſ *om.* *E*[1] 31 aparet *E*[1] quae *om.* *E*[1] | cum *α* *om.* *ψ* | conuenit] oportet *B* 32 nec tamen i. o. d. queunt non *om.* *A* | non ſubſt.] nec ſubſt. *B* | quaeunt *T* 34 queram *T* 35 neqũe *B* 36 ut non sit] ſit *om.* *T* | indi(c)tum *B*[2] additum *A*

nam si substantiale esset, ut deus ut ueritas ut iustitia ut ipsa quoque substantia, de ceteris diceretur. Item filius solus hoc recipit nomen neque cum aliis iungit sicut in deo sicut in ueritate sicut in ceteris quae superius dixi. Spiritus quoque non est idem qui pater ac filius. Ex his igitur intellegimus patrem ac filium ac spiritum sanctum non de ipsa diuinitate substantialiter dici sed alio quodam modo. si enim substantialiter praedicaretur, et de singulis et de omnibus singulariter diceretur. haec uero ad aliquid dici manifestum est, nam et pater alicuius pater est et filius alicuius filius est, spiritus alicuius spiritus: quo fit, ut nec trinitas quidem substantialiter de deo praedicetur. non enim pater trinitas: qui enim pater est, filius ac spiritus sanctus non est. nec trinitas filius nec trinitas spiritus sanctus secundum eundem modum. sed trinitas quidem in personarum pluralitate consistit, unitas uero in simplicitate substantiae. Quod si personae diuisae sunt, substantia uero indiuisa, necesse est quod uocabulum ex personis originem capit id ad substantiam non pertinere. at trinitatem personarum diuersitas fecit, trinitas igitur non pertinet ad substantiam. Quo fit, ut neque pater neque filius neque spiritus sanctus neque trinitas de deo substantialiter praedicetur, sed ut dictum est ad aliquid. Deus uero ueritas iustitia bonitas omnipotentia substantia inmutabilitas uirtus

37 Nā ſubſtantiale ẽ// *B* 39 neque enim cum *EA* | iungit ω iungitur *V*(*E*?) 41 ſpirituſ quoque ſanctuſ *EA* ſanctuſ *om.* *TB* | quo (q, *ss.*) *E* 42 patẹrem *B* | ac fil. ω ac *om.* *V* 43 diuitate (ni *pr. ss.*) *A* 48 fil. est sp. ω fil. & ſp. *V* | ſp. quoque alicuiuſ ſp. eſt *EA* 50 nec enim *A* 52 eudem (n *ss.*) *E* | modo (v̄ *ss.* *B*) 53 pluralitate α pluritate ψ 54 in ſubſtantiae ſimpl. *E*ψ (ſubſtacie *B* ſīplicitate ċ *B*) 55 diuerſae *E*[1] | ſubſtantiae (e *rec. del.*) *T* | nec ẽ. (*sed* · neceſſe *pr. ss.*) *B* 56 ad (τ *ant. ss.*) *T* 58 facit *EA* 60 neque trin.] nec *V* | praedicentur *V* 61 iuſtitia ueritaſ *E* 61 62 Dſ̄ ů bonitaſ ueritaſ omnipotencia (iuſtitia *om.*) *B* 62 bonitaſ *om.* *T* | inmut. ω

sapientia et quicquid huiusmodi excogitari potest substantialiter de diuinitate dicuntur. Haec si se recte et ex fide habent, ut me instruas peto. aut si aliqua re forte diuersus es, diligentius intuere quae dicta sunt et fidem si poteris rationemque coniunge.

63 quiquid E^1 | uirtus . . . poteſt *haec bis exarata A* | poſteſt *B* 64 dicuntur *α* dicitur *ψ* | Haec uero *E* Haęc *B* 64 65 et ex] et *om. B* 65 inſtuaſ E^1 66 eſt *TA* eſ *EB* | dilıgencıu *B* 67 poterit *T* | coniuge E^1

Aug. 24th 1904
Jan. 2nd 1931

ITEM EIVSDEM

AD EVNDEM

QVOMODO SVBSTANTIAE IN EO QVOD SINT BONAE SINT CVM NON SINT SVBSTANTIALIA BONA

Postulas, ut ex ebdomadibus nostris eius quaestionis obscuritatem quae continet modum quo substantiae in eo quod sint bonae sint, cum non sint substantialia bona, digeram et paulo euidentius monstrem. idque eo dicis esse faciendum, quod non sit omnibus notum iter huiusmodi scriptionum. tuus uero testis ipse sum quam haec uiuaciter fueris ante conplexus. ebdomadas uero ego mihi ipse commentor potiusque ad memoriam meam speculata conseruo quam cuiquam participo quorum lasciuia ac petulantia nihil a ioco risuque patitur esse *dis*iunctum. prohinc tu ne sis obscuritatibus breuitatis aduersus, quae cum sint arcani fida custodia tum id habent commodi, quod cum his solis qui digni sunt conlocuntur. Vt igitur in mathematica fieri solet ceterisque etiam disciplinis, praeposui terminos regulasque quibus cuncta quae secuntur efficiam.

Inſcriptionem libri T in contextu exhibui INCIP EIVSDEM *A* | AD EUNDEM *om. E* | LIBER TTIVS EIVSDEM DE SVBSTANTIIS QVOMODO *etc. Commentum bernenſe* | QUOD SUNT *EB* | BONE *B* | NON SINT] SINT *om. A* | SUBSTANTIA *B* ſpectalia *A*

1 ebdom. *ω* 3 quod ſunt *EB* 4 et poſtulaſ paulo euid. monſtrem *ψ* (paulo poſtulaſ *A*) poſtulas *om. α* 5 faciendum eſſe *B* | ſint *T* 7 conp. *T* | ebdom. *ω* | 8 ipſe mihi *B* | commtor *B* | potius quae T^1 9 mea *B* mei *A* | ſpeculataſ *A* 10 nihilque *A* 11 coniunctum *ω* disiunctum *PV* 12 archani *EBA* 13 cum hiſ *ωR* cum *om. V* 14 conlocuntur *T* collocuntur $E^1\psi$ 15 etiam *om. A* | diſcipli/ſniſ *B* | praepoſui *ω* propoſui *V* (*E?*) 16 quibuſ q̄; ſecuntur cuncta *B* | ſecuntur *ω*

I Communis animi conceptio est enuntiatio quam quisque probat auditam. harum duplex modus est: nam una ita communis est, ut omnium sit hominum, ueluti si hanc proponas: Si duobus aequalibus aequalia auferas, quae relincuntur aequalia esse. nullus id intellegens neget. Alia uero est doctorum tantum, quae tamen ex talibus communis animi conceptionibus uenit, ut est: Quae incorporalia sunt, in loco non esse, et cetera. quae non uulgus sed docti comprobant.

II Diuersum est esse et id quod est. ipsum uero esse nondum est, at uero quod est accepta essendi forma est atque consistit.

III Quod est participare aliquo potest. sed ipsum esse nullo modo aliquo participat. fit enim participatio cum aliquid iam est. est autem aliquid, cum esse susceperit.

IIII Id quod est habere aliquid praeterquam quod ipsum est potest. ipsum uero esse nihil aliud praeter se habet admixtum.

V Diuersum est tantum esse aliquid et esse aliquid in eo quod est. illic enim accidens hic substantia significatur.

VI Omne quod est participat eo quod est esse, ut sit. alio uero participat, ut aliquid sit: ac per hoc id quod est participat eo quod est esse, ut sit. est uero, ut participet alio quolibet.

VII Omne simplex esse suum et id quod est unum habet.

VIII Omni composito aliud est esse, aliud ipsum est.

VIIII Omnis diuersitas discors, similitudo uero appe-

19 ıta una *A* 20 uelut *V* | praeponaſ *A* 21 relincuntur T^1 relınquntur *A* relinquuntur *EB* 22 neget *TB* negat *EA Vict.* 23 tamen ñ ex talibuſ *A* non *om.* E^1 24 ut eſt hoc . quę ψ | non eſſe in loco *A* 26 eſt eſſe] eſt *om.* E^1 | ipſum enim eſſe *A* 27 uero · non (.ēē *ss.*) *T* | non dm̄ (*ss.* dū) *T* 28 ſubſiſtit *E* 29 30 ſed eſſe (ipſum *mg.*) *E* 33 id · //// · quod · ẽ · *B* 36 diuerſum eſt] eſt *om.* T^1 | tantum] tamen *B* 39 quod eſt participat ψ (quod /// participat *B*) eſt *om.* α 40 ſit] fit *A*

tenda est. et quod appetit aliud, tale ipsum esse naturaliter ostenditur quale est illud hoc ipsum quod appetit.

Sufficiunt igitur quae praemisimus. a prudente uero orationis interprete suis unumquodque aptabitur argumentis.

Quaestio uero huiusmodi est: Ea quae sunt bona sunt. tenet enim communis sententia doctorum omne quod est ad bonum tendere, omne autem tendit ad simile. quae igitur ad bonum tendunt bona ipsa sunt. sed quemadmodum bona sint, inquirendum est, utrumne participatione an substantia? si participatione, per se ipsa nullo modo bona sunt: nam quod participatione album est, per se in eo quod ipsum est album non est et de ceteris qualitatibus eodem modo. si igitur participatione sunt bona, ipsa per se nullo modo bona sunt, non igitur ad bonum tendunt. sed concessum est. non igitur participatione sunt bona sed substantia. quorum uero substantia bona est, id quod sunt bona sunt, id quod sunt autem habent ex eo quod est esse. esse igitur ipsorum bonum est. omnium igitur rerum ipsum esse bonum est. Sed si esse bonum est, ea quae sunt in eo quod sunt bona sunt idemque illis est esse quod bonis esse. substantialia igitur bona sunt, quoniam non participant bonitatem. Quod si ipsum esse in eis bonum est, non est dubium, quin, substantialia cum sint bona, primo sint bono similia ac per hoc hoc ipsum bonum erunt: nihil enim illi praeter

49 p̃misimus (*lineola ˜ rec. add., leuis rasura supra dextram litterae* p *partem*) *T* 50 orationis α rationis ψT^2 | interprete orationis *E* | sui/ (*al. ex* sui *c.*) T^2 suis *om.* E^1 | aptabimur T^1 52 53 quaestio . . . sententia *om.* B^1 62 ad bona *V* 64 est *om.* A^1 | sunt bona particione *B* 65 eo quod *bis E* 66 bonorum *B?* 69 boni esse T^1E^2BR boni est *A* bona esse *E* bonum esse T^2 bonis esse *ci. Vallinus* | substantia *A* sustantialia *B* 70 participat (*al.* n *ss.*) T^1 | bonitatem α bonitate ψE^2 71 qui/n *T* | substantialı (a *al. ss.*) T^1 72 bona similia α bono similia ψT^2E^2 | *uu.* 74—119 *in minore folio al. m. perscripti B* 72 73 per hoc · hoc ipsum TB^2 per hoc ipsum $\psi E?$

se ipsum simile est. ex quo fit, ut omnia quae sunt deus sint, quod dictu nefas est. Non sunt igitur substantialia bona ac per hoc non in his est esse bonum. non sunt igitur in eo quod sunt bona: sed nec participant bonitatem, nullo enim modo ad bonum tenderent, nullo modo igitur sunt bona.

Huic quaestioni talis poterit adhiberi solutio: multa sunt quae, cum separari actu non possunt, animo tamen et cogitatione separantur. ut cum triangulum uel cetera subiecta materie nullus actus separat, mente tamen segregans ipsum triangulum proprietatėmque eius praeter materiam speculatur. Amoueamus igitur primi boni praesentiam paulisper ex animo, quod esse quidem constat idque ex ómnium doctorum indoctorumque sententia barbararumque gentium religionibus cognosci potest. Hoc igitur paulisper amoto ponamus omnia esse quae sunt bona atque ea consideremus quemadmodum bona esse possent, si a primo bono minime defluxissent. hinc intueor aliud in eis esse, quod bona sunt, aliud quod sunt. ponatur enim una eademque substantia bona esse alba grauis rotunda: tunc aliud esset ipsa illa substantia aliud eius rotunditas aliud color aliud bonitas. nam si haec singula idem essent quod ipsa substantia, idem esset grauitas quod color

76 his eſſe (eſt *om.*) E^1 77 bona *A* | Si nec (*an* S;?) *in raſ. B* 78 bonitatē (*sed lineola eraſa ss.* l' m) *T* bonitate *ψE*? | ad bono E^1 ad bonum tenderent *in raſ. B* 80 Huic queſtioni poterit eſſe ſolutio talis *B* | potuerit adıberi (h *ss.*) *E* 81 ac tu *T* | poſſunt *α* poſſint *ψ* 82 ſeperantur (*ant. c.*) T^1 82 83 cetẹra ſubiecta *α* cetera a ſubiecta *ψ* 83 materiae *α* (æ *ex* a *T* ę *E*) materia *ψ* | actu ET^2 | ſeperat T^1B 85 matherıā ſpeculaτ² *in raſ. B* | amouemuſ *B* 86 ab animo *A* 88 barbararum *α* barbarum *ψ* | -que *TB* quoque *EA* 89 ponamus ea omnia *B* 91 poſent E^1 92 defluiſſent (x *ss.*) *E* | in hiſ aliud *B* 92 93 bona ſint *A* 93 aliud quod ſecundum ſubſtantiam ſunt *B* | Ponitur *A* | enim] ergo *E* 94 bona ſubſtantia *B* 95 /illa /ipſa *E* | eius] ẽẽ *E* ei *B*

quod bonum et bonum quod grauitas, quod fieri natura non sinit. Aliud igitur tunc in eis esset esse, aliud aliquid esse, ac tunc bona quidem essent, esse tamen ipsum minime haberent bonum. igitur si ullo modo essent, non a bono ac bona essent ac non idem essent quod bona, sed eis aliud esset esse aliud bonis esse. quod si nihil omnino aliud essent nisi bona neque grauia neque colorata neque spatii dimensione distenta nec ulla in eis qualitas esset, nisi tantum bona essent, tunc non res sed rerum uiderentur esse principium nec potius uiderentur, sed uideretur. unum enim solumque est huiusmodi, quod tantum bonum aliudque nihil sit. quae quoniam non sunt simplicia, nec esse omnino poterant, nisi ea id quod solum bonum est esse uoluisset. Idcirco quoniam esse eorum a boni uoluntate defluxit, bona esse dicuntur, primum enim bonum, quoniam est, in eo quod est bonum est. secundum uero bonum, quoniam ex eo fluxit cuius ipsum esse bonum est, ipsum quoque bonum est. Sed ipsum esse omnium rerum ex eo fluxit quod est primum bonum et quod bonum tale est, ut recte dicatur in eo quod est esse bonum. Ipsum igitur eorum esse bonum est. tunc enim in eo quod essent non essent bona, si a primo bono minime defluxissent.

Qua in re soluta quaestio est. idcirco enim licet in eo quod sint bona sint, non sunt tamen similia

98 natura *bis* E^1 99 eis] hiſ *B* | eſſet *om.* *T* 100 quidem bona *E* | eſſent eſſe] eſſe *om.* *B* 101 ſi // ullo (n *er.?*) *T* 101 102 modo eent non *E* 102 ac non] pro tunc *ss.* *B* *et* tunc non *eſt in* *P* 103 aliud eiſ *A* bona ſ. Sed ei' aliud *B* | boniſ $T\psi$ bona ET'^2 104 quod nihil (ſi *ant. ss.*) T'^1 105 diſtantia *V* 107 tunc uero reſ E^1 107 rerum uideretur eſſe *T* 108 ſed potiuſ uideretur *B* 109 tantū (tū *in raſ.*) *T* tm̃ *B* *quod eſt ambiguum* 114 in eo. q,///÷ *B* 119 igitur bonum eorum eſſe bonum eſt A^1 120 121 *uerba* quod eſſent . . . defluxiſſent *om.* $T^1\psi$ *leguntur* ET^2 *mg.* Tunc enim in eo bona ſunt. Qua *etqſ.* ψ (*haec autem uerba:* bona ſunt *deſiderantur in* T^1) 122 qua re (in *om.*) A qua //// in re *B* 123 quod ſint $T\psi(\omega?)$ quod ſvnt *E* (E^2 *ut uidetur*)

primo bono, quoniam non quoquo modo sint res ipsum esse earum bonum est, sed quoniam non potest esse ipsum esse rerum, nisi a primo esse defluxerit, id est bono: idcirco ipsum esse bonum est nec est simile ei a quo est. illud enim quoquo modo sit bonum est in eo quod est. non enim aliud est praeterquam bonum. hoc autem nisi ab illo esset, bonum fortasse esse posset, sed bonum in eo quod est esse non posset. tunc enim participaret forsitan bono. ipsum uero esse quod non haberent a bono, bonum habere non possent. Igitur sublato ab his bono primo mente et cogitatione, ista licet essent bona, tamen in eo quod essent bona esse non possent. et quoniam actu non potuere existere, nisi illud ea quod uere bonum est produxisset, idcirco et esse eorum bonum est et non est simile substantiali bono id quod ab eo fluxit. et nisi ab eo fluxissent, licet essent bona, tamen in eo quod sunt bona esse non possent, quoniam et praeter bonum et non ex bono essent, cum illud ipsum bonum primum est et ipsum esse sit et ipsum bonum et ipsum esse bonum. At non etiam alba in eo quod sunt alba esse oportebit ea quae alba sunt. quoniam ex uoluntate dei fluxerunt, ut essent, alba minime. aliud enim est esse, aliud albis esse: hoc ideo, quoniam qui ea ut essent effecit, bonus quidem est, minime uero albus. uoluntatem igitur boni comitatum est, ut essent bona in eo quod

124 quoque T^1 quo *A* 124 125 ipſum earum (eſſe *om.*) *B* 126 defluxerint *B* | id eſt] idē. *B* 127 a bono *A* a *om.* *αB* | neque *V* 129 praeterquam quod bonum *PB?* 130 bonum eſt hoc *P* *inter* bonum *et* hoc *interſtitium III litt.* *B* 132 uere (*al. c.*) T^1 133 habere//t (n *er.*) *B* | poſſet *B* poſent *E* 134 primo bono *B*? 135 bona e͡/e *B* 136 ·/non potuere ·/actū *E* 137 illud // quod (ea *er.*) *B* | bonum uere eſt *A* 142 143 pr. eſt et ipſum *ωR* eſt *om.* *V* 144 at EBT^2 ut T^1 an *A* | oportet *A* 145 uolumtate (*ſic etiam* 150 152) *B* 146 minime *om.* *B* | enim eſt *T* eſt enim *EA* eſt *om.* *B* | enim quod eſt eſſe *E* | eſſe et aliud *A* 147 albis T^1 alba *Eψ* | ideo] ıdẽ *B* | ut ut B^1 149 comitatum eſt *α* (comitatam ẽ *T*) comitata ſunt *ψ* | in equod *B*

sunt: uoluntatem uero non albi non est comitata talis ei quidem proprietas, ut esset album in eo quod est, neque enim ex albi uoluntate defluxerunt. Itaque quia uoluit esse ea alba qui erat non albus, sunt alba tantum. quia uero uoluit ea esse bona qui erat bonus, sunt bona in eo quod sunt. Secundum hanc igitur rationem cuncta oportet esse iusta, quoniam ipse iustus est qui ea esse uoluit? Ne hoc quidem. nam bonum esse essentiam, iustum uero esse actum respicit. idem autem est in eo esse quod agere; idem igitur bonum esse quod iustum. nobis uero non est idem esse quod agere, non enim simplices sumus. non est igitur nobis idem bonis esse quod iustis, sed idem nobis est esse omnibus in eo quod sumus. bona igitur omnia sumus, non etiam iusta. amplius bonum quidem generale est, iustum uero speciale nec species descendit in omnia. Idcirco alia quidem iusta alia aliud omnia bona.

150 uero albi (non *om.*) *A* | non eſt comitata *α* non eſt comitatum *B* non ſunt comitata *A* | taliſ *αB?* ut talis *A* 151 ei quidem proprietaſ (quidem *in raſ. al.?*) *T* eius quidem pr. (ẽ *ss.*) *E* eius eſſet pr. *V* ei eſſet quod eſt pr. *ψ* | ut eſſe (t *ss.*) *E* | ut album eſſet *A* | album Non in eo *B* 152 ex ſua uoluntate (albi *om.*) R^2 153 ea eſſe *E* | tantum *om.* *A* tamen *B* τm̃ (*ss.* tantum *ant.*) *T* 154 eſſe ea *A* | bonuſ erat *B* 156 rationeſ cunta *B* 158 eſſentiam *α* ad eſſentiam *ψ* | actum *α* ad actum *ψ* 159 Idem uero bonum *A* 161 non igitur (eſt *om.*) *E* 162 bonoſ eſſe *EA* | iuſtoſ *EA* | nobiſ eſſe (eſt *om.*) E^1 163 omnibuſ boniſ *ψ* (omn. nobiſ A^1) omnibuſ (*om.* boniſ) *α* *an leg.* ſed idem b o n i s eſt eſſe omnibus in eo q. ſ.? | ſumuſ *T* l' ſumuſ *pr. ss.* *A* ſunt *Eψ* 165 ſpeciale ẽ. nec ſpetiale ẽ deſcend *B* 166 iuſta & alia *A* alia ad aliud (ad *lineola ſubductum*) *T* | omnia] om̃a *B* | omnia igitur bona *A* | Explicit *EA* *om.* *TB*

Aug. 28th 1904.
Jan 3rd 1931.

INCERTI
DE FIDE CATHOLICA

Christianam fidem noui ac ueteris testamenti pandit auctoritas. et quamuis nomen ipsum Christi uetus intra semet continuerit instrumentum eumque semper signauerit affuturum quem credimus per partum uirginis iam uenisse, tamen in orbem terrarum ab ipsius nostri saluatoris mirabili manasse probatur aduentu. Haec autem religio nostra, quae uocatur christiana atque catholica, his fundamentis principaliter nititur asserens ex aeterno, id est ante mundi constitutionem, ante omne uidelicet quod temporis potest retinere uocabulum, diuinam patris et filii ac spiritus sancti extitisse substantiam: ita ut deum dicat patrem deum filium deum spiritum sanctum; nec tamen tres deos sed unum. Patrem itaque habere filium ex sua substantia genitum et sibi nota ratione coaeternum, quem filium eatenus confitetur, ut non sit idem qui pater est, neque patrem aliquando fuisse filium, ne rursus in infinitum humanus animus diuinam progeniem cogitaret,

ANIICI · MANLII · SEUERINI · BOETII · EX CONSULARI ORDINE · PATRICII · DE FIDE CATHOLICA INCIPIT *E* (*in quo praecedit liber aduerſus Neſtorium*) ISTA EPLA IN ALIIS LIBRIS | Ñ INUENITUR *A* Inſcriptione carent *TB*

4 ſignauerit *αA* deſignauerit *BR*² ſignificauerit *V* | tradimus *V* 8 chatholica *B* 10 11 retinere poteſt temporis uocabulum *B* 11 p. & f. ac ſp. *α* p. ac f. & ſp. *V* p. & f. & ſp. *ψ* 12 ita ut *ω* ita *om. V* | dicat deum *A* 13 nec *ω* non *V* 14 unum deum patrem . Itaque *A* 15 nota ſibi *A* | co&num *T* | quem] quam *B* 16 confitetur fideſ *VB* fides *om. αA* 16 17 pater eſt *ω* eſt *om. V* 17 filium fuiſſe *E* 17 18 ne rurſuſ in finitum (*alterum* in *ss.*) *E*

neque filium in eadem natura qua patri coaeternus est aliquando fieri patrem, ne rursus in infinitum diuina progenies tenderetur. Sanctum uero spiritum neque patrem esse neque filium atque ideo in illa natura nec genitum nec generantem sed a patre quoque procedentem uel filio. qui sit tamen processionis istius modus ita non possumus euidenter dicere, quemadmodum generationem filii ex paterna substantia non potest humanus animus aestimare. Haec autem ut credantur, uetus ac noua informat instructio. de qua uelut arce religionis nostrae multi diuersa et humaniter atque ut ita dicam carnaliter sentientes aduersa locuti sunt ut Arrius qui licet deum dicat filium, minorem tamen patre multipliciter et extra patris substantiam confitetur. Sabelliani quoque non tres existentes personas sed unam ausi sunt affirmare eundem dicentes patrem esse qui filius est eundemque filium qui pater est atque spiritum sanctum eundem esse qui pater et filius est. ac per hoc unam dicunt esse personam sub uocabulorum diuersitate signatam. Manichaei quoque qui duo principia sibi coaeterna et aduersa profitentur, unigenitum dei esse non credunt. indignum enim iudicant, si deus habere filium uideatur, nihil aliud cogitantes nisi carnaliter, ut quia haec generatio duorum corporum commixtione procedit, illic quoque indignum esse intellectum huiusmodi applicare: quae res eos nec uetus facit recipere testamentum neque in integro nouum. nam sicut illud omnino error eorum non recipit ita ex uirgine

21 uero *om.* *B* 22 filium atque *om.* *A* | in illa ω nulla *V* 22 23 neque ... neque *V* 24 uel filio ω et f. *V* | qui ω quis *V* | tamen *plene* *TB* tam̃ *E* τm̃ (*quod plerumque tamen eſt*) *A* tantum *V* | iſtiuſ proceſſionis *E* modus iſtius *A* 26 filii & paternam ſubſtantiam *A* 28 de quaue ludar ce *T* 30 arriuſ ω 31 minorem n̈ȯn̈ patre (*mg. al.* tam̃) *T* 31 profitetur *E* 33 exſiſt. *B* | ſed unam] ſed unitatem auſi uniter *Vict.* 36 pater .ẽ .& filius eſt *B* 36 37 atque per *E* 38 manichei ω 39 co&erna *T* | participia (*at pr. c.*) *A*[1] 40 ñ credunt unigenitum ẽẽ dĩ *B* 41 filium habere *A* | uideatur] iudicatur *A* 43 intellectum indignum eſſe *E*

generationem filii non uult admittere, ne humano corpore polluta uideatur dei fuisse natura. Sed de his hactenus, suo enim loco ponentur sicut ordo necessarius postularit.

Ergo diuina ex aeterno natura et in aeternum sine aliqua mutabilitate perdurans sibi tantum conscia uoluntate sponte mundum uoluit fabricare eumque cum omnino non esset fecit, ut esset, nec ex sua substantia protulit, ne diuinis natura crederetur neque aliunde molitus est, ne iam extitisse aliquid quod eius uoluntatem existentia propriae naturae iuuaret atque esset etiam quod neque ab ipso factum esset et tamen esset. sed uerbo produxit caelos, terram creauit, ita ut caelesti habitatione dignas caelo naturas efficeret ac terrae terrena conponeret. De caelestibus autem naturis, quae uniuersaliter uocatur angelica, quamuis illic distinctis ordinibus pulchra sint omnia, pars tamen quaedam plus appetens quam ei natura atque ipsius auctor naturae tribuerat de caelesti sede proiecta est. quoniam angelorum numerum, id est supernae illius ciuitatis cuius ciues angeli sunt, imminutum noluit conditor permanere, formauit ex terra hominem atque spiritu uitae animauit, ratione conposuit, arbitrii libertate decorauit eumque perfixa lege paradisi deliciis constituit, ut, si sine peccato manere uellet, tam ipsum quam eius progeniem angelicis coetibus sociaret: ut quia superior natura per

50 poſtular& (*al. c.*) *T* 51 &̄no *T* 52 ſibi tamen *B* ſibi tam̃ *E* 54 ee//t (ss *supra*; n *er.*) *A* 55 diuiniſ *α* diuinuſ *ψ* T^2 56 extitiſſe *αB* extitiſſet T^2A 57 exiſtentia *TB* (exſiſt.) exiſtentiae *EA* | natura *T'A* naturam *E* nature *B* | atque eſſet et quod *B* atque eſſet quod (et *om.*) *A* atque et quod (eſſet *om.*) *E* atque &̄ quod T^1 *lineola super* & *er. al. ss.* ēeτ T^2 58 et tamen] et *om. A* 60 efficefficeret *B* 61 conp. *T* | quae] q, T^1 | 62 uocantur angelicae *V* 64 quã mei *B* 65 tribuęrat *B* | Et quoniam *ψ* et *om. α* 66 idẽ *E* | ſuperne *TB* 67 inm. *A* 69 rationem R^2 *Vict.* | conp. *T* | decorauit] liberauit *E* 70 perfixa *α* praefixa *ψ* (ꝓfixa T^1 p̄fixa T^2) | paradyſi *A* 71 eius prog.] ipſum pr. *B* 72 ſotiaret T^1

superbiae malum ima petierat, inferior substantia per humilitatis bonum ad superna conscenderet. Sed ille auctor inuidiae conferens hominem illuc ascendere ubi ipse non meruit permanere, temptatione adhibita fecit etiam ipsum eiusque comparem, quam de eius latere generandi causa formator produxerat, inoboedientiae suppliciis subiacere ei quoque diuinitatem affuturam promittens, quam sibi dum arroganter usurpat elisus est. Haec autem reuelante deo Moysi famulo suo comperta sunt, cui etiam humani generis conditionem atque originem uoluit innotescere sicut ab eo libri prolati testantur. Omnis enim diuina auctoritas his modis constare uidetur, ut aut historialis modus sit, qui nihil aliud nisi res gestas enuntiet, aut allegoricus, ut non illic possit historiae ordo consistere, aut certe ex utrisque compositus, ut et secundum historiam et secundum allegoriam manere uideatur. Haec autem pie intellegentibus et ueraci corde tenentibus satis abundeque relucent. Sed ad ordinem redeamus.

Primus itaque homo ante peccatum cum sua coniuge incola paradisi fuit. at ubi aurem praebuit suasori et conditoris praeceptum neglexit attendere, exul effectus terram iussus est excolere atque a paradisi fine seclusus in ignotis partibus sui generis posteritatem transposuit atque poenam quam ipse primus homo praeuaricationis reus exceperat generando transmisit in posteros. Hinc factum est, ut et corporum atque ani-

73 humanitatiſ *A* 74 conſcenderet *A* 75 conferenſ α non ferenſ $\psi T^2 E^2$ | illic *B* 76 abhibita T^1 adhita *A* | non manere (p *pr. ss.*) meruit *A* 78 inoboed. α inobed. ψ 79 ſubpliciiſ *B* | affuturum $T^1 A$ affuturam *EB* 80 quam] q; *B* | uſurpa *B* | elis *B* 84 enim *om.* *V* 86 geſtat *B* | enunciæd (d *in* t *c.*) *B* 87 illic ωR^2 illi *V* 88 compoſit *B* | ut et] et om. *B* 89 allegoria *B* 93 prebuit *T* 94 preceptum *T* | ·/praec. ·/cond. *E* | adtendere *A* 95 iuſuſ T^1 | eſt *om.* EBR^2 96 fine ω *Vict.* ſinu *V* 97 atque *om.* (*ss. ant.*) *T* 98 praeuaricationiſ ſuae reuſ *A* | acceperat *Vict.* | generando *om.* *A* 99 poſtero (ſ *ant. s. add.*) *T*

marum corruptio et mortis proueniret interitus primusque mortem in Abel filio suo meruit experiri, ut quanta esset poena quam ipse exceperit probaret in sobole. quod si ipse primus moreretur, nesciret quodammodo ac si dici fas est nec sentiret poenam suam, sed ideo expertus in altero est, ut quid sibi iure deberetur contemptor agnosceret et dum poenam mortis sustinet, ipsa expectatione fortius torqueretur. Hoc autem praeuaricationis malum, quod in posteros naturaliter primus homo transfuderat, quidam Pelagius non ammittens proprii nominis haeresim dedicauit, quam catholica fides a consortio sui mox repulisse probatur. Ab ipso itaque primo homine procedens humanum genus ac multiplici numerositate succrescens erupit in lites commouit bella, occupauit terrenam miseriam qui felicitatem paradisi in primo patre perdiderat. Nec tamen ex his defuerunt quos sibi conditor gratiae sequestraret eiusque placitis inseruirent. quos licet meritum naturae damnaret, futuri tamen sacramenti et longe postmodum proferendi faciendo participes perditam uoluit superare naturam. Impletus est ergo mundus humano genere atque ingressus est homo uias suas qui malitia propriae contumaciae despexerat conditorem. Hinc uolens deus per iustum potius hominem reparare genus humanum

100 prouen.] preuer& B 101 morte B | in abel filio ſuo mortem A | meruit $T^1\psi$ promeruit E ꝑ *ss. ant.* T 102 ipſę B | exceperit αA exceperat VB? 103 ſubole B | moriretur E | quo$\overset{\text{ā}}{\text{d}}$modo (*ant. c.*) T | quid] qđ A 107 exſp. A 108 preuar. T 109 primuſ homo naturaliter A | tranfuderat B | palagiuſ B 110 ammittenſ T^1E | hereſim TB hęreſim E hereſen A 111 ſui ω ſuo V | reppuliſſe EA 113 decreſcenſ A 114 occopauit T^1 | qui αA quod BT^2 116 defuere A | ſibi] ſuæ T^2 | conditor ωR^2 conditoris V | gratiae ω gratia VB? gratiarum R^2 117 placiſ B | nature T 118 dampnaret ψ 119 faciendo proferendi A | participe E | ſuperare α reparare ψ 120 ergo *om.* A^1 | muduſ umano B 121 homo *om.* E | maliciae *Vict.* 122 contumatiae αB contumacia *Vict.* | diſpexerat α deſpexerat ψ | hic T^1 123 recuperare E reuocare *ss.* A^2

quam manere proteruum, poenalem multitudinem effusa diluuii inundatione excepto Noe iusto homine cum suis liberis atque his quos secum in arcam introduxerat interire permisit. Cur autem per arcae lignum uoluerit iustos eripere, notum est diuinarum scripturarum mentibus eruditis. et quasi prima quaedam mundi aetas diluuio ultore transacta est.

Reparatur itaque humanum genus atque propriae naturae uitium, quod praeuaricationis primus auctor infuderat, amplecti non destitit. creuitque contumacia quam dudum diluuii unda punierat et qui numerosam annorum seriem permissus fuerat uiuere, in breuitate annorum humana aetas addicta est. maluitque deus iam non diluuio punire genus humanum, sed eodem permanente eligere uiros per quorum seriem aliqua generatio commearet, ex qua nobis filium proprium uestitum humano corpore mundi in fine concederet. Quorum primus est Abraham, qui cum esset aetate confectus eiusque uxor decrepita, in senectute sua repromissionis largitione habere filium meruerunt. Hic uocatus est Isaac atque ipse genuit Iacob. Idem quoque XII patriarchas non reputante deo in eorum numero quos more suo natura produxerat. Hic ergo Iacob cum filiis ac domo sua transigendi causa Aegyptum

124 pęnalem *A* 125 n̊e *A* | hominem *B* 126 quoſ *A* q̊ſ *sic ni f.* T^1 quaſ *B* quae ET^2 *mg.* q̃ (oſ *er.*) T^2 *in contextu* | archam *E* 127 Quur *B* | arce *T* archae *E* | uoluit BR^2 128 diuarum *B* 129 q̃ſi (*al. ss.* ua) T^1 | quaedam prima *A* 134 quam *om.* E^1 | punierat α*A* puniuerat BT^2E^2 | qui ω quae *V* | per num. *V* per *om.* ωR^2 135 permiſſus ω permiſſa E^2V | in *om.* *A* 136 maluitq, ịạṃ ñ diluuio (*uoci* iam *al. ss.* d˜ſ, *praeterea m. rec. ss. haec:* ·/· nouũ non ıã) *T* 136 137 deuſ nouum diluuio *E* d. non iam d. ψ 137 138 ſed de eodem perm. *E* eodem m̊ perm. *A* 139 commaneret *A* | filiuſ A^1 140 corpore UN mundi *A* | in finem *B* | conced.] crederet *B* 141 abraam *B* 142 in ſen.] in *om.* *B* 145 XII α duodecim ψ | patriarcaſ *B* | d˜ *B* 146 prodixerat *B* 146 147 iacob filiuſ iſaac cum domo ſua *A* 147 tranſiendi *T*

uoluit habitare atque illic per annorum seriem multitudo crescens coeperunt suspitioni esse aegyptiacis imperiis eosque Pharaon magna ponderum mole premi decreuerat et grauibus oneribus affligebat. Tandem deus aegyptii regis dominationem despiciens diuiso mari rubro, quod numquam antea natura ulla cognouerat, suum transduxit exercitum actore Moysen et Aaron. Postea igitur pro eorum egressione altis Aegyptus plagis uastata est, cum nollet dimittere populum. Transmisso itaque ut dictum est mari rubro uenit per deserta heremi ad montem qui uocatur Syna. ibique uniuersorum conditor deus uolens sacramenti futuri gratia populos erudire per Moysen data lege constituit, quemadmodum sacrificiorum ritus et populorum mores instruerentur. et cum multis annis multas quoque gentes per uiam debellassent, uenerunt tandem ad fluuium qui uocatur Iordanis duce iam Iesu Naue filio atque ad eorum transitum quemammodum aquae maris rubri ita quoque Iordanis fluenta siccata sunt. peruentumque est per eam ciuitatem quae nunc Hierosolyma uocatur. Atque dum ibi dei populus moraretur, post iudices et pro-

148 anorum *A*[1] | ſeriem inferre multitudo *A* 149 creſcenſ *α* concreſcenſ *ψ* | coeperunt ſuſpicio . . . aegyptiacis (*interſtitium uacuum poſt* ſuſp.; *litteris* ſpicio *deletis* bici *ss. rec. m.*) *T* coepit eſſe ſuſpicioni aegyptiaciſ *E* coeperunt eſſe ſuſpicione aegypciaciſ *B* ceperunt ſuſpicioniſ ęgyptiaciſ *A* coeperunt eſſe ſubditi *ci. Vallinus* c. ſuſpitioni eſſe *uel* c. ſuſpici ab aeg. *ego* 150 pharaon *T* farao *B* pharao *EA* | pondere *B* 151 honeribuſ *B* 152 deſp.] *litterae* e *ss.* i *rec. m. T* 153 antea *ω* ante *V* 154 tranſduxerat *A* | actore *TAE*[2] auctore *E*[1]*BR*[2] *Vict.* ductore *V* | moyſen *αA* moyſe *B* 155 egreſſione *om. E* 157 deſertum *E* | heremi *ω* eremum *R*[2] 158 ſyna *TA* ſina *EB Vict.* Sinai *V* 159 conditor *om. B* 160 moyſen *ω* Moyſem *V* | quemammodum *T* 161 & ſacr. *ψ* & *om. α* 163 qui uocatur *om. E* | uocat *B* 164 iordanuſ *B* | iam *c* ıe/ſu (*poſt* m *er.* e *uel* c, *inter* e *et* ſ *er.* i) *T* iam cHū *E* | naue filio *Tψ* filio naue *B* | adque *T*[1] 165 quemammodum *T* 166 -que] quae *T* | per *TB* ad *EA* 167 nunc] n̊ *B* nomine *Vict.* | hieruſalem *E* ieroſolima *B* iheroſolima *A* | uocitatur *Vict.* 168 populuſ dei *B* ppłoſ *A*

phetas reges instituti leguntur: quorum post Saulem primatum Dauid de tribu Iuda legitur adeptus fuisse. Descendit itaque ab eo per singulas successiones regium stemma perductumque est usque ad Herodis tempora qui primus ex gentilibus memoratis populis legitur imperasse. sub quo exstitit beata uirgo Maria quae dauitica stirpe prouenerat, quae humani generis genuit conditorem. hoc autem ideo, quia multis infectus criminibus mundus iacebat in morte, electa est una gens in qua dei mandata clarescerent. ibique missi prophetae sunt et alii sancti uiri per quorum ammonitionem ipse certe populus ut amore peruicaciae reuocaretur. illi uero eosdem occidentes in suae nequitiae peruersitate manere uoluerunt.

Atque iam in ultimis temporibus non prophetas neque alios sibi placitos sed ipsum unigenitum suum deus per uirginem nasci constituit, ut humana salus quae per primi hominis inoboedientiam deperierat per hominem deum rursus repararetur et quia extiterat mulier quae causam mortis prima uiro suaserat, esset haec secunda mulier quae uitae causam humanis uisceribus apportaret. Nec uile uideatur, quod dei filius ex uirgine natus est, quoniam praeter naturae modum conceptus et editus est. Uirgo itaque de spiritu sancto incarnatum dei filium concepit, uirgo peperit, post eius editionem uirgo permansit. atque hominis factus est

171 per ſing. ſucceſſiones *om.* *EB* | regum *E* 172 que] quae T^1 173 gentilibuſ ω *Vict.* gentibus *V* 174 ext. *Eψ* | de dau. ψ de *om.* α | dauitica α*A* dauidica *B* 175 ſtyrpe *B* 176 hoc] haec *Vict.* | quia] q *A* | //ıdeo (u *er.*) *T* 177 morte ωR^2 mortem *V* 178 proph. miſſi *A* 179 ſunt *om.* *V* | qorum *B* | ammon. *TA* 180 ut α ut *om.* ψ*V* | amore *T**A*E^2 a morte E^1*B* a tumore *V* | peruicatię α*B* 181 uero] ergo *A* | occidente (ſ *rec. ss. uidetur*) *T* peruerſitatē *B* 182 manenere *T* 183 in ultimis] multiſ *A* 186 inoboed. α*A* inobed. *B* 187 reparetur *A* | quia] q *A* 188 mortis ... uitae cauſam *om.* B^1 | prima *TA* primo *EB* 189 hec *T* | eſſet haec] etiam eſſet *Vict.* 190 uideatur *om.* *E* 191 uirgine *B* | quoniam] quando *A*

idemque dei filius, ita ut in eo et diuinae naturae radiaret splendor et humanae fragilitatis appareret assumptio. Sed huic tam sanae atque ueracissimae fidei extiterant multi qui diuersa garrirent et praeter alios Nestorius et Eutyches repertores haereseos extiterunt. quorum unus hominem solum alter deum solum putauit asserere nec humanum corpus quod Christus induerat de humanae substantiae participatione uenisse. Sed haec hactenus.

Creuit itaque secundum carnem Christus, baptizatus est, ut, qui baptizandi formam erat ceteris tributurus, ipse primus quod docebat exciperet. Post baptismum uero elegit duodecim discipulos quorum unus traditor eius fuit. et qui sanam doctrinam Iudaeorum populus non ferebat, eum inlata manu crucis supplicio peremerant. Occiditur ergo Christus, iacet tribus diebus ac noctibus in sepulchro, resurgit a mortuis, sicut ante constitutionem mundi ipse cum patre decreuerat, ascendit in caelos ubi, in eo quod dei filius est, numquam defuisse cognoscitur, ut assumptum hominem, quem diabolus non permiserat ad superna conscendere, secum dei filius caelesti habitationi sustolleret. Dat ergo formam discipulis suis baptizandi docendi salutaria efficientiam quoque miraculorum atque in uniuersum mundum ad uitam praecipit introire, ut praedicatio salutaris non iam in una tantum gente sed orbi terrarum praedica-

196 radicaret T^1B radiaret *EA* | humane *TB* | apparæret *T* | aſſumtio *T* 197 ſane *T* ſanctae *Vict.* | ueraciſſime *T* 199 eutices *E* | ereſeoſ *T* hereſeoſ ψ hereſeo^s *E* 202 haec] hę *A* 203 actenuſ *T* 204 babtizatuſ *A* 205 babtizandi *A* | tribuituruſ E^1 206 babtiſmum *A* 207 XII *EA* 208 qui ſanam T^1A quia ſanam T^2EB | diſcipulos] apoſtolos *Vict.* | iudeorum *Tψ* 209 inl. ω | peremerant α peremerunt *B* peremerat *A* 211 ſepulcro *A* 212 mundi conſtit. *B* 213 dei filiuſ eſt α filius dei eſt *B* dei eſt filius *A* 215 ſecum *om.* *B* 216 habitationi *TV* habitatione *EψR²* *Vict.* 217 diſcipiliſ *B* | babtizandi *A* 218 mundum *om.* *B* 219 p̄dicat (io *rec. ss.*) *T* 220 gentem (m *rec. del.*) *T* gente *Eψ* | gente tantum *A* | ſed in orbe *A*

retur. Et quoniam humanum genus naturae merito, quam ex primo praeuaricatore contraxerat, aeternae poenae iaculis fuerat uulneratum nec salutis suae erat idoneum, quod eam in parente perdiderat, medicinalia quaedam tribuit sacramenta, ut agnosceret aliud sibi deberi per naturae meritum aliud per gratiae donum, ut natura nihil aliud nisi poenae summitteret, gratia uero, quae nullis meritis adtributa est, quia nec gratia diceretur si meritis tribueretur, totum quod est saluti suae afferret.

Diffunditur ergo per mundum caelestis illa doctrina adunantur populi instituuntur ecclesiae fit unum corpus quod mundi latitudinem occuparet, cuius caput Christus ascendit in caelos, ut necessario caput suum membra sequerentur. Haec itaque doctrina et praesentem uitam bonis informat operibus et post consummationem saeculi resurrectura corpora nostra praeter corruptionem ad regna caelestia pollicetur, ita ut qui haec bene ipso donante uixerit, esset in illa resurrectione beatissimus, qui uero male, miser post munus resurrectionis adesset. Et hoc est principale religionis nostrae, ut credat non solum animas non perire, sed ipsa quoque corpora, quae mortis aduentus resoluerat, in statum pristinum futura de beatitudine reparari. Haec ergo ecclesia catholica per orbem diffusa tribus modis probatur existere. quidquid in ea tenetur, auctoritas est scripturarum aut

221 merı/o *B* 222 primae praeuaricatione *Vict.* 223 poene *T* | ſuaė ſalutiſ *A* | ſaluti *V* 224 medıcanalia *T*[1] 227 poenae ſe ſumm. *A* | ſumm. *TA* ſubm. *EB* 228 adtrib. *TA* 229 230 ſalutıſueferret (*rec.* ue *del.* af *ss.*) *T* ſaluti ſuę ferret *A* ſalutiſ afferret *EB* 231 ergo *ſic ni f.* *T* *at* o *er.* 232 aecctę *A* aeclęſiæ *E* 233 capud *T* 234 menbra *T* 235 preſentem *T* | uitam *om.* *E* 236 conſumptionem *A* 238 caeleſtia ire poll. *E* | haec *T* hic *Eψ* 239 uixerit *om.* *E* | illa] alia *E* | reſ. foret beat *E* 240 ad. e& (*litterae* d *rec. ss.* b) *T* 241 credat *ωR*[2] credamus *V* 243 quae] que *T* 244 de beat. *ω* de *om.* *V* | aeccta *A* 245 exſiſt. *A* 246 quidquid *T* quicq. *Eψ* | in ea ecta tenetur *B* | aut auct. *EB* aut *om.* *TA*

traditio uniuersalis aut certe propria et particularis instructio. sed auctoritate tota constringitur, uniuersali traditione maiorum nihilominus tota, priuatis uero constitutionibus et propriis informationibus unaquaeque uel pro locorum uarietate uel prout cuique bene uisum est subsistit et regitur. Sola ergo nunc est fidelium expectatio qua credimus affuturum finem mundi omnia corruptibilia transitura resurrecturos homines ad examen futuri iudicii recepturos pro meritis singulos et in perpetuum atque in aeternum debitis finibus permansuros solumque esse praemium beatitudinis: contemplatio conditoris tanta dumtaxat, qua, ut creaturae ad creatorem, fieri potest, ut ex ius*tis* parato angelico numero superna illa ciuitas impleatur, ubi rex est uirginis filius eritque gaudium sempiternum delectatio cibus opus laus perpetua creatoris.

249 nihil hominuſ *TB* 250 unaquequae *T* 252 fidelium nunc eſt *A* 253 exſp. *B* | credibilia *T* | fidem *A* 255 receptiroſ *B* 255 256 et in perpetuum .... permanſuroſ *om.* *E* 257 ꝑemium *E* | contemplatio *TE*²*A* contemplationem *E*¹*BV* 258 tanta *ωR*² *Vict.* tantam *V* | quȧ ut a creaturae ad cr. (quia *mg. add. ant.*) *T* qua ut creaturae ad cr. *A* quanta creaturę ad cr. *E* quanta a creatura ad cr. *BV* 259 ex iuſſo paratoſ *T*¹*A* ex iuſſu parato *E* ex eiſ reparato *BV* *atque* eis *al. mg. add.* *T* ex iuſtis parato *ſcripſi* 260 filiuſ uirginiſ *E* | eritque] que *om.* *R*² 261 del. cibus] delectationibuſ *A* | EXPLICIT *E* FINIT *A* *om.* *TB*

Aug. 28th 1914.
Jan. 5th 1931.

It's like blood.

INCERTI
LIBER CONTRA EYTYCHEN ET NESTORIVM

Anxie te quidem diuque sustinui, ut de ea quae in conuentu mota est quaestione loqueremur. Sed quoniam et tu quominus uenires occupatione distractus es et ego in crastinum constitutis negotiis implicabar, mando litteris quae coram loquenda seruaueram. Meministi enim, cum in concilio legeretur epistola, recitatum Eutychianos ex duabus naturis Christum consistere confiteri, in duabus autem negare: catholicos uero utrique dicto fidem praebere, nam ex duabus eum naturis consistere et in duabus apud uerae fidei sectatores aequaliter credi. Cuius dicti nouitate percussus harum coniunctionum quae ex duabus naturis uel in duabus consisterent differentias inquirebam multum scilicet referre ratus nec inerti neglegentia praetereundum, quod episcopus scriptor epistolae tamquam ualde necessarium praeterire noluisset. Hic omnes apertam esse differentiam nec quicquam in eo esse caliginis inconditum confusumque strepere nec ullus in tanto tumultu

INCIPIT LIBER CONTRA EVTICEN ET NESTORIVM EIVSDEM *E* Boetij adũſuſ neſtoriũ 7 eutichen p pſona 7 natura · iohī diacono *C* INCIP̃ CONTRA EVTICHEN 7 NESTORẼ · *A* DOMINO SANCTO AC VENERABILI PATRI IOHANNI DIACONO *B* (*haec om. ECA*)
2 nota *A* 4 inplicabar *Eψ* implicabor *C* 5 loquend*a* (a *in raſ.*) *E* 6 recitatum *α* recitata *ψ* 7 eutich. *αB* *ſic plerumque* 7 duabus autẽ *B* 7.8 confiteri consistere *E* 8 in duabuſ autem neg. *α* autem *om. ψ* | cath. autem *E* 9 utrique d. f. praebere *om. R*[1] | nam] An *in raſ. E* | ex *EB* et ex *CA* 9—12 eum naturis .... quae ex duabuſ *om. E* | uere *CB* 11 perculſuſ *B* percuſſuſ *αA* 14 nec puto inerti *V* | inherti *B* | praeterendum *E*[1] 17 in ea *B* 18 ſtrepere ////t nec *B* ſtrepere nulluſ *E*

qui leuiter attingeret quaestionem, nedum qui expediret inuentus est. Absederam ego ab eo quem maxime intueri cupiebam longius atque ab eo, si situm sedentium recorderis, auersus pluribusque oppositis, ne si aegerrime quidem cuperem, uultum nutumque eius aspicere poteram ex quo mihi aliqua eius darentur signa iudicii. Atqui ego quidem nihil ceteris amplius afferebam, immo uero aliquid etiam minus. nam de re proposita aeque nihil ceteris sentiebam: minus uero quam ceteri ipse afferebam falsae scilicet scientiae praesumptionem. Tuli aegerrime fateor compressusque indoctorum grege conticui metuens, ne iure uiderer insanus, si sanus inter furiosos haberi contenderem. Meditabar igitur dehinc omnes animo quaestiones nec deglutiebam quod acceperam, sed frequentis consilii iteratione ruminabam. Tandem igitur patuere pulsanti animo fores et ueritas inuenta quaerenti omnes nebulas eutychiani reclusit erroris. Unde mihi maxime subiit admirandum, quaenam haec indoctorum hominum esset audacia qui inscientiae uitium praesumptionis atque inpudentiae nube conentur obducere, cum non modo saepe id quod proponatur ignorent, uerum in huiusmodi contentionibus ne id quidem quod ipsi loquantur intellegant. quasi

19 attigeret *E* adtingeret *A* 20 Obſederam *E* adſederam *AR*[1] *Vict.* aſſederam *CR*[2] aſederam *B* abſced. *P* abſed. *V* 21 abeo *αR*[1] adeo *ψ* 22 aduerſuſ *E* auerſuſ *Cψ* | pluribuſ *E*[1] | aegerrime *om.* *BR*[2] 25 atqui *EB* atque *CA* | adf. *A* efferebam *E* 26de prop. re *B* 27 cum ceteris *V* cum *om.* *ω R Vict.* 27 28 ipſe aff. *ω R Vict.* ipſe *om.* *V* 28 ſententiae *CR*[2] 31 fu///rioſoſ *A* 32 deglutiebam *α* eglutiebam *ψ* | quod] quę *A* 33 rumigabam *R*[1] 35 inuentura *B* | eutichiaci *E* euticiani (*ſic plerumque* c pro ch) *C* | excluſit *B* 36 erroreſ *A*[1] | ſubi///it *E* | admirandum *α* admiran/dum *B* ammirari *A* 37 hęc eſſet ind. hom. audatia *E* | indotorum *A* | inſcientiae *EA* inſtitię *CB* 38 p̄ſumtioniſ *E*[1] | inp. *E* | nube *Cψ* nebula *E* 39 conentur *ER*[1] *Vict.* conarentur *CA* conantur *B* | ponatur *E* proponatur *R*[1] p̄ponatur *C* proponitur *ψ* 40 quaeſtionibuſ *CB* contentionibuſ *EA* 41 loquantur *Eψ* locuntur *C* | intellegunt *A* 41 quaſi non *EA* quaſi *CB*

non deterior fiat inscientiae causa, dum tegitur. Sed ab illis ad te transeo, cui hoc quantulumcumque est examinandum prius perpendendumque transmitto. Quod si recte se habere pronuntiaueris, peto ut mei nominis hoc quoque inseras chartis: sin uero uel minuendum aliquid uel addendum uel aliqua mutatione uariandum est, id quoque postulo remitti meis exemplaribus ita ut ad te reuertatur transcribendum. quae ubi ad calcem ducta constiterint, tum demum eius cuius soleo iudicio censenda transmittam. Sed quoniam semel res a collocutione transfertur ad stilum, prius extremi sibique contrarii Nestorii atque Eutychis summoueantur errores. post uero adiuuante deo, christianae medietatem fidei temperabo. Quoniam uero in tota quaestione contrariarum sibimet haereseon de personis dubitatur atque naturis, haec primitus definienda sunt et propriis differentiis segreganda.

I Natura igitur aut de solis corporibus aut de solis praedicatur substantiis, id est corporeis atque incorporeis, aut de omnibus rebus quae quocumque modo esse dicuntur. cum igitur tribus modis natura dici possit, tribus modis sine dubio definienda est. Nam si de omnibus rebus naturam dici placet, talis definitio dabitur

42 inſcientiae *EA* inſcitiae *CB* 44 exanimandum *E* | perpendumque *C* 45 ſi *om.* *E*[1] | recte pronuntiauerit habere peto (*om.* ſe) *E* 46 cartiſ ω (/cartiſ *B*) 47 aliqua rõne mutatione *C* 48 remiti *E* 49 ad te α a te ψ*C*[2] | tranſ-ſcrib. *E*[2]*A* 49 50 ad calcem deducta peruenerint *A* 50 tum *EA* tunc *CB* 51 conl. *A* 52 piuſ *E*[1] | ſibi (*om.* que) *B* 53 ſummou. ω 54 med. fidei *EA* fidei med. *CB* 55 qeſtione *B* 56 HPЄCЄON *B* 57 primitus *om.* *E* | diffinienda α*B* *ſic paſſim ut et* diffinitio *quod ſemel moneo* | *poſt* 58 *ſtatim ſequitur* Natura igitur | aut de ſoliſ, *deinde* lacuna II uerſuum *B*

Cap. I] 1 de ſoliſ ſpecialibuſ *E* | corporibus dici poteſt *CA* *haec tria uocc. om.* *B* dici poteſt *om.* *E* 2 praedicatur α (praed. ſubſt. id eſt *E* ſubſt. praed. id eſt *C*) praedicatur *om* ψ | atque] et *E* | atque incorporeis *om.* *A* 3 quę *in raſ.* *E* 6 rebus *om.* *B* | natura *B* | placeat *E*[1]

quae res omnes quae sunt possit includere. erit ergo huiusmodi: Natura est earum rerum quae, cum sint, quoquo modo intellectu capi possunt. In hac igitur definitione et accidentia et substantiae definiuntur, haec enim omnia intellectu capi possunt. Additum uero est quoquo modo, quoniam deus et materia integro perfectoque intellectu intellegi non possunt, sed aliquo tamen modo ceterarum rerum priuatione capiuntur. Idcirco uero adiunximus quae cum sint, quoniam etiam ipsum nihil significat aliquid sed non naturam. neque enim quod sit aliquid sed potius non esse significat: omnis uero natura est. et si de omnibus quidem rebus naturam dici placet, haec sit naturae definitio quam superius proposuimus. Sin uero de solis substantiis natura dicitur, quoniam substantiae omnes aut corporeae sunt aut incorporeae, dabimus definitionem naturae substantias significanti huiusmodi: Natura est uel quod facere uel quod pati possit. pati quidem ac facere, ut omnia corporea atque corporeorum ut anima; haec enim in corpore et a corpore et facit et patitur. facere uero tantum ut deus ceteraque diuina. Habes igitur definitionem eius quoque significationis naturae quae tantum substantiis applicatur. Qua in re substantiae quoque est reddita definitio. nam si nomen naturae substantiam monstrat, cum naturam descripsimus substantiae quoque est assignata descriptio. Quod si na-

7 poſſiṇṭ *C* | erit ergo *EA* ergo erit *CB* 8 huiuſmodi definitio natura eſt/////earum *E* 9 quo modo E^1 | poſunt *E* 10 difin. *ψ ſic non raro* 11 eſt uero *E* 18 eſt *om.* *B* 19 placeat *E* poſuimus *V* 23 ſignificanti *EB* ſignificantiſ *CA* 24 25 pati quidem ut omnia corpora . facere ac pati . ut corporeorum anima *C* 25 corporeorum] in *ss.* E^2 | ut anima E^2CB ut *om.* E^1A 26 faciet *A* 26 27 facere autem tantum *E* facere uero tantum *CB* facere tantum uero *A* 28 29 naturę ſubſtantiiſ (q̄ *ss.*, tantum *prorſus om.*) *E* | adplic. *A* 30 definitio] ſignificatio *A* 32 qoque *B* | aſſignata eſt *E* eſt aſſ. *CB* reddita eſt *A* eſt reddita R^1 | deſcr.] diffinitio *C*

turae nomen relictis incorporeis substantiis ad corporales usque contrahitur, ut corporeae tantum substantiae naturam habere uideantur, sicut Aristoteles ceterique et eiusdem et multimodae philosophiae sectatores putant, definiemus eam, ut hi etiam qui naturam non nisi in corporibus esse posuerunt. Est autem definitio hoc modo: Natura est motus principium per se non per accidens. Quod motus principium dixi, hoc est, quoniam corpus omne habet proprium motum, ut ignis sursum terra deorsum. Item quod per se principium motus naturam esse proposui et non per accidens, tale est, quoniam lectum quoque ligneum deorsum ferri necesse est, sed non deorsum per accidens fertur. idcirco enim quia lignum est, quod est terra, pondere et grauitate deducitur. non enim quia lectus est, deorsum cadit, sed quia terra est, id est quia terrae contigit, ut lectus esset. unde fit, ut lignum naturaliter esse dicamus, lectum uero artificialiter. Est etiam alia significatio naturae per quam dicimus diuersam esse naturam argenti atque auri in hoc proprietatem rerum monstrare cupientes: quae significatio naturae definietur hoc modo: Natura est unam quamque rem informans specifica differentia. cum igitur tot modis uel diçatur uel definiatur natura, tam catholici quam Nesto-

33 ut incorporeę *E* 34 35 ut corporeae . . . uideantur *om.* B^1 | tantum ſubſtantiae ṭṃ *C* ſubſt. tantum *A* 35 areſtotileſ *A* 36 et eiuſdem αA et eiuſmodi *B Vict.* eiusmodi *V* | et eius modi filoſofi et *B* | philoſofie *B* 37 hii *E* | etiam diffinierunt *CB* diff. *om.* *EB* 38 corporalibuſ *A* | autem eius difinitio *A* 39 natura eſt per ſe principium (motuſ *ss.*) motuſ principium *A* princ. motuſ *CB* | ſecundum ſe uel per ſe *B* per ſe *C* (*de E cf. ſupra, de A infra*) | ſecundum *uſque ad* motus principium *om.* *A* 39 40 non per accidens *om.* *E* 40 princ. motuſ *C* 47 diducitur R^1 | quia] qui *A* | lectus eſt] eſt *om.* *B* 48 quia] ꝗ *A* | ıđ *A* | contiṇgit *C* 50 artificaliter *B* 52 argenti atque auri $C\psi$ auri atque argenti *E* 53 definietur *EA* diffin̄r *C* diffinitur *B* 55 ſpecifi (ca *ss.*) *E* 56 uel diffiniatur natura uel dicatur *E* | quam] quẽ *A*

rius secundum ultimam definitionem duas in Christo naturas esse constituunt neque enim easdem in deum atque hominem differentias conuenire.

II Sed de persona maxime dubitari potest, quaenam ei definitio possit aptari. Si enim omnis habet natura personam, indissolubilis nodus est, quaenam inter naturam personamque possit esse discretio; aut si non aequatur persona naturae, sed infra terminum spatiumque naturae persona subsistit, difficile dictu est ad quas usque naturas persona perueniat, id est quas naturas conueniat habere personam, quas a personae uocabulo segregari. nam illud quidem manifestum est personam subiectam esse naturae nec praeter naturam personam posse praedicari. Vestiganda sunt igitur haec inquirentibus hoc modo. Quoniam praeter naturam non potest esse persona quoniamque naturae aliae sunt substantiae aliae accidentes et uidemus personam in accidentibus non posse constitui: quis enim dicat ullam albedinis uel nigredinis uel magnitudinis esse personam? relinquitur ergo ut personam in substantiis dici conueniat. Sed substantiarum aliae sunt corporeae aliae incorporeae. corporearum uero aliae sunt uiuentes aliae minime. uiuentium aliae sunt sensibiles, aliae minime, sensibilium aliae rationales aliae inrationales. [Item corporearum uero aliae sunt rationales, aliae minime, ut pecudum uitae.] rationalium uero alia est

59 differentias *om.* *E*

Cap. II] 2 ei poſſit definitio aptari *A* 3 indiſſolibiliſ *B* 4 aut *αA* at BE^2 5 naturae *om.* *B* 6 7 ſubſiſtit . . . perſona *om.* *B* *atque* ſubſiſtit difficile dictu *mg. add.* B^2 6 dictum E^1 7 id *er.* *B* 8 perſonae ſ. e. naturam C^2R^1 10 praeter] propter *B* 11 ueſtiganda αR^1 *Vict.* inueſtiganda *A* ueſtigandum *B* | ſunt igitur *αA* .ẽ. igitur *B* | haec *αA* hoc *B* 12 hoc modo] hoc *om.* *B* | quoniam] quando *A* | propter *B* | quoniamq; *E* quoniam quae *ceteri* 13 naturae dicuntur *ψV* dicuntur *om.* αB^2 14 perſonaſ E^1 15 ullum E^1 16 albiniſ *A* | uel magnitudinis *om.* *B* 19 corporeum E^1 20 ſenſibileſ aliae ů minime *B* 21 inrationabileſ E^1 22 23 Item . . . uitae *ψP* (uero *om.* *B*) *haec deſiderantur in αV* 23 rationabilium *B* | alia eſt *Eψ* (alię . ẽ A^1) eſt alia *C* eſt *om.* *V*

inmutabilis atque inpassibilis per naturam ut deus, alia per creationem mutabilis atque passibilis, nisi inpassibilis gratia substantiae ad inpassibilitatis firmitudinem permutetur ut angelorum atque animae [rationalis]. Ex quibus omnibus neque in non uiuentibus corporibus personam posse dici manifestum est, nullus enim lapidis ullam dicit esse personam. neque rursus eorum uiuentium quae sensu carent, neque enim ulla persona est arboris. nec uero eius quae intellectu ac ratione deseritur, nulla est enim persona equi uel bouis ceterorumque animalium quae muta ac sine ratione uitam solis sensibus degunt. At hominis dicimus esse personam, dicimus dei, dicimus angeli. Rursus substantiarum aliae sunt uniuersales aliae particulares. Uniuersales sunt quae de singulis praedicantur ut homo animal lapis lignum ceteraque huiusmodi quae uel genera uel species sunt. nam et homo de singulis hominibus et animal de singulis animalibus lapisque ac lignum de singulis lapidibus ac lignis dicuntur. Particularia uero sunt quae de aliis minime praedicantur: ut Cicero Plato lapis hic unde haec Achillis statua facta est, lignum hoc unde haec mensa composita est. Sed in his omnibus nusquam in uniuersalibus persona dici potest, sed in singularibus tantum atque in indiuiduis. animalis enim uel generalis hominis nulla persona est, sed uel Ciceronis uel Platonis uel singulorum indiuiduorum personae singulae nuncupantur.

24 inm. *EA* | inp. *EA* 25 motabiliſ *B* | inp. *ω* 26 ſubſt. gratia *B* | inpaſſibitatiſ *A* inp. *EB* 27 permutentur *B* | atque animae rationaliſ *ψ* (rationaliſ atque animae *A*) rationalis *om.* *α* | neque in uiuentibuſ neque in non uiuentibuſ *α* (in ·minentıb' *C*) neque in uiuentibus *om.* ψC^2 29 dici poſſe *C* | lapiſ *B* 30 eſſe dicit *E* 32 neque uero *B* 33 ceterarumque *B* 36 ſub̄aſarauır (?) *C* 37 particularet C^1 38 ſunt *om.* C^1 41 42 et lapiſ de ſinguliſ lapidibuſ ac lignum de ſinguliſ ligniſ dicuntur *B* 43 minime *om.* C^1 46 nunquam *E* | in uniu.] in *om.* C^1 47 in ind.] in *om.* *A* 47 48 animalis enim *αA* ergo animalis BR^2 *Vict.* | enim ꝉ gn̄r ꝉ hominiſ *E* | hominis] om̄ſ *B*

III Quocirca si persona in solis substantiis est atque in his rationabilibus substantiaque omnis natura est nec in uniuersalibus sed in indiuiduis constat, reperta personae est definitio. persona est naturae rationabilis indiuidua substantia. Sed nos hac definitione eam quam Graeci ὑπόστασιν dicunt terminauimus. Nomen enim personae uidetur aliunde traductum, ex his scilicet personis quae in comoediis tragoediisque eos quorum interest homines repraesentabant. Persona uero dicta est a personando circumflexa paenultima. quod si acuatur antepaenultima, apertissime a sono dicta uidebitur. idcirco autem a sono, quia concauitate ipsa maior necesse est uoluatur sonus. Graeci quoque has personas prosopa uocant ab eo quod ponantur in facie atque ante oculos obtegant uultum, παρὰ τοῦ πρὸς τοὺς ὦπας τίθεσθαι. Sed quoniam personis inductis histriones indiuiduos homines quorum intererat in tragoedia uel in comoedia ut dictum est repraesentabant, id est Hecubam uel Medeam uel Simonem uel Chremetem, idcirco ceteros quoque homines, quorum certa pro sui forma esset agnitio, et La-

Cap. III] 2 rationabilibuſ *E* rationalibuſ *cett.* | ſubſt. namque omniſ *C* 3 in uniu.] in *om.* *A* | in ind.] in *om.* *CA* 4 perſonae *α* perſona *ψ* | eſt igitur def. *VB?* | perſona eſt nat. *α* perſone igitur eſt nat. *B* perſona igitur nat. *A* | perſona eſt *etqſ.*] *deeſſe dicuntur haec in* R^1 5 rationabiliſ $E^1\psi$ (R^1?) rationaliſ *C* | ac E^1B 6 eam *om.* *C* | Ὑποctαcιm *C* Υπωcϴλcιn *B* Υποcτacηn *A recte E* 7 traductum] tractum *E* 8 comediis *αB* | tragediiſque *C* 9 quorum] quiſ E^1 quoſ E^2 | quorum ſexuſ intereſt *A* 10 penultima *αB* p/enę ultima (o *er.*) *A* 11 quod ſi ac. antep. *om.* *B* | antepen. *α* ante p/enę ultima (o *er.*) *A* | apertiſſi (me *ss.*) *E* aperte *V* 13 in conc. *VC?* in *om.* *Eψ* 14 proſopa *αB* προcoπon *A* 15 proponuntur *B* | in fac.] in *om.* C^1 | obtegunt *E* 16 παρὰ] Ὑρaρα *C* | πρὸc] πρωc *EB* πρωo *C* πρcuc *A* | τoy/////cωπac *E* τoyccπác *A* | τοὺc] θλc *B* | τεθειn *E* τιθεcτaῩ *C* τιθεceαι *A* *om.* *B* 17 iſtrioneſ *C* hiſtroneſ A^1 18 intereſt *B* | uel in com. *αB* in *om.* *A* 19 ecubam E^1 eccubam *CB* | ſymonem *C* 20 cremetem *α* cremētem *B* | quoq; (*pr.* ni *f. c.*) *A* 21 eſet *B*

tini personam et Graeci prosopa nuncupauerunt. Longe uero illi signatius naturae rationabilis indiuiduam substantiam ὑποςτάςεωc nomine uocauerunt. nos uero per inopiam significantium uocum translatiuam retinuimus nuncupationem eam quam illi ὑπόςταςιν dicunt personam uocantes. sed peritior Graecia sermonum ὑπόςταςιν uocant indiuiduam substantiam. atque, uti graeca utar oratione in rebus quae a Graecis agitata latina interpretatione translatae sunt: αἱ οὐςίαι ἐν μὲν τοῖς καθολικοῖς εἶναι δύνανται· ἐν δὲ τοῖς ἀτόμοις καὶ κατὰ μέρος μόνοις ὑφίςτανται. id est: essentiae in uniuersalibus quidem esse possunt, in solis uero indiuiduis et particularibus substant. intellectus enim uniuersalium rerum ex particularibus sumptus est. Quocirca cum ipsae substantiae in uniuersalibus quidem sint, in particularibus uero capiant substantiam, iure substantias

22 proſopa *EB* πρωcοπα *CA* 22—24 Longe . . . uocauerunt *om.* *E*¹ 24 uero] enim *E* 25 ſignatiuſ *ω* ſignantius *R*¹*P* 23 rationalis *V* | diuiduam *A* | ſubſiſtentiam *V* 24 Υποςταςεος *E* Υποςθαςεωc *C* Υπωςελςες *B* *recte* *A* | uocauerunt nomine *C* 25 uocum] uerborum *E* | tranſlatitiam *B* 26 nuncup.] ſignific͞one *C* | eamque quam *B* eam quamque *C* | ypoctacin *E* Υποςταςεςιν *A* ypoſtaſin *B* *recte* *C* 27 Υpoctacin *E* Υπωςτωςιν *B* *recte* *CA* 28 uocant *E*¹*B* uocat *CA* | ſubſtantiam *EA* ſubſiſtentiam *CB* | uti] ut *A* 29 oratione *α* ratione *ψ* | quae *om.* *E* | agitatae *C* | interpretat̄/// *E* | tranſlatae *αB* tranſlata *AC*² |
aſ̃ ·/·eſſentiae in ·/·quidem
ἀΙ . OYCIἀΙ ЄΝ MЄΝ.
aīt ·/·uniuersalibus ·/ eſſe ·/·poſſunt in uero art
TOIC KἀTOΛIKOYC EINΛI DYNΛNTΛI · EN · ΔЄ TOYC
·/·indiuiduis ·/·particularibus ·/·ſingularis ·/·ſubſiſtunt
ΛTOMOYC · KἀI · KἀMЄPOC · MONOYC · YφICTἀNTἀI *ſic E a quo quid differant ceteri ſubiungam:* αἱ] αει. *B* | ουςιαι] οιςιαι *C* οΥςιαΥ *B* | τοῖς] τοΥς *B* 31 κατολικουc] κατονκυc *B* καθολου *A* caεoaoy *C* | δύνανται] αιηαηταẏ *C* αyναηται *A* DINΛNTΛI *B* | ἐν] єn *C* | δὲ] αε *AC* Δє̨ *B* | τοῖς ἀτόμοις καὶ] *om.* *AC* τωyc λθομοẏc κλẏ *B* 32 καμέροc] κατα μεροc *A* κατα μεροc *C* κατα μερωc *B* | μόνοις] μο.νοyc. *B* | ὑφίςτανται] yφyςθανται *B* ιφιςτανται *C* | in uniu.] in *om.* *A* 34 ſubſtant *αA* ſubſtancie *B* ſubſiſtentiae ſubſiſtunt *Vict.* 36 ſubſiſtentiae *V* | in uniu.] in *om.* *E* 37 capiunt *E* | cap. ſubſiſtentiam *B* cap. ſubſiſtentiaſ *A* | iure ſubſtantiaſ *α* iure ſubſiſtentiaſ *ψ*

particulariter substantes ὑποστάσεις appellauerunt. Neque enim pensius subtiliusque intuenti idem uidebitur esse subsistentia quod substantia. nam quod Graeci οὐσίωσιν uel οὐσιῶσθαι dicunt, id nos subsistentiam uel subsistere appellamus. quod uero illi ὑπόστασιν uel ὑφίστασθαι, id nos substantiam uel substare interpretamur. subsistit enim quod ipsum accidentibus, ut possit esse, non indiget: substat autem id quod aliis accidentibus subiectum quoddam, ut esse ualeat, sumministrat: sub illis enim stat, dum subiectum est accidentibus. Itaque genera uel species subsistunt tantum, neque enim accidentia generibus speciebusue contingunt. Indiuidua uero non modo subsistunt uerum etiam substant, nam neque ipsa indigent accidentibus, ut sint. informata enim sunt iam propriis et specificis differentiis et accidentibus ut esse possint ministrant, dum sunt scilicet subiecta. Quocirca εἶναι atque οὐσιῶσθαι esse atque subsistere, ὑφίστασθαι uero substare intellegitur. neque enim uerborum inops Graecia est, ut Marcus Tullius alludit, sed essentiam subsistentiam substantiam personam totidem nominibus reddit essentiam quidem οὐσίαν, subsistentiam uero οὐσίωσιν, substantiam ὑπόστασιν, personam πρόσωπον appellans. Ideo autem ὑποστάσεις Graeci indiuiduas substantias uocauerunt, quoniam ceteris subsunt et quibusdam quasi accidentibus subpositae subiectaeque sunt atque idcirco nos quoque eas sub-

38 ſubſiſtenteſ *A* | Υπωστλσηις *B* 39 inpenſiuſ *C*² 40 ουσιλσιν *E* ουσυωσιν *B* 41 ουσιασται *E* οισιωσται *C* ουσιωσται *ψ* 42 appellauimuſ *A* | uero illi *α* uero *om. ψ* | υπωσθλσιν *B* 43 υποστασθλι *E* ὑφισταστaι *C* υπυστλστλι *B* | ſubſiſtere *CB* ſubſtare *EA* 46 ualeat *α* ualeant *ψ* | ſumminiſtrat *EA* 48 genenera *A* 53 miniſtrant///dum *C* | ſcilicet ſunt *E* 54 εἶναι] ειvε *E* ιναẏ *B* | ουσιασται *E* οισιωσται *C* ουσιοσται *B* | eſſe atque ſubſ. ὑΦίστασθαι *α* *haec uerba om. ψ* 55 υποστασται *E* ὑποστασταẏ *C* | uero] iure *B* 56 inobſ *C* | eſt *om. A* | Marcus] .m. *A* | *u. Cicero tuſc. diſputt. II 35* 57 ſubſtanciam ſubſiſtenciam *B* 58 ουσιαn *A* 59 ουσιοσιν *E* | υπωστασιν *B* υποστασειν *A* 60 προσοπον *E* πρωσοπλν (*ss. ω*) *B* | υπωστλσις *B* 62 ſuppoſ. *EB*

13*

stantias nuncupamus quasi subpositas quasi ὑποςτάςεις. cumque etiam πρόςωπα nuncupent easdem substantias, possumus nos quoque nuncupare personas. Idem est igitur οὐςίαν esse quod essentiam, idem οὐςίωςιν quod subsistentiam, idem ὑπόςταςιν quod substantiam, idem est πρόςωπον quod personam. Quare autem de inrationabilibus animalibus Graecus ὑπόςταςιν non dicat, sicut nos de eisdem nomen substantiae praedicamus, haec ratio est: quoniam nomen hoc melioribus applicatum est, ut aliqua, id quod est excellentius, tametsi non descriptione naturae et secundum id quod ὑφίςταςθαι atque substare est, at certe ὑποςτάςεως uel substantiae uocabulis discerneretur. Est igitur et hominis quidem essentia, id est οὐςία, et subsistentia, id est οὐςίωςις, et ὑπόςταςις, id est substantia, et πρόςωπον, id est persona: οὐςία quidem atque essentia quoniam est, οὐςίωςις uero atque subsistentia quoniam in nullo subiecto est, ὑπόςταςις uero atque substantia, quoniam subest ceteris quae subsistentiae non sunt, id est οὐςιώςεις: est πρόςωπον atque persona, quoniam est rationabile indiuiduum. deus quoque et οὐςία est et essen-

64 ſubpoſ. ω | quaſi ω quas illi *V* | υπωcτʌcic *B* 65 προ$\overset{\omega}{c}$πα *E* proſopa *CA* proſopaſ *B* 66 eſt *om. B* 67 ογcιοcιɴ *E* οẏωcιɴ· *A* 68 υποταcιɴ *E* ᴠπωcτʌcιɴ *B* οẏcιω-cειc *A* 68 69 idem eſt *EB* idẽ *CA* 69 προ///////coπoɴ *E* πpocωπωн *C* πpωcωπλɴ *B* | inrationabilibuſ α inrationalibuſ ψ 70 υπωcταcιɴ *B* 73 id *om. B* | id qđ q ẽ *A* 74 nature ſcđm *EA* naturae et ſecundum *CB* | id quod ſubſiſtere ὑφίcταcθαι *V* | υποcταcται *E* ẏφιcταcται *C* υφιcταcτεɴ *B* ẏφι-cταθαι · *A* 75 ẏποcταcεοc *C* υπωcταcεωc *B* 77 ıđ *E* | ſub$\overset{\text{ſiſ}}{\text{t}}$entia *E* 78 οẏcιοcειc *EC* οẏcιωcειc *A* οycιωcιο *B* | υπο-cταcιε *C* υπωcταcιc *B* | πpocoπoɴ *E* πpωcωπʌɴ *B* 80 ογcιοcειc *E* ογcιωcειc *CBA* | Eſt uero atque *B* 80 81 quoniam in nullo ſubiecto eſt α (ſubiecta *E*[1]) quoniam non indiget accidentibuſ ut ſit ψ 81 υποcταcιc uero atque ſubſtantia .˜ quõ in nullo ſubiecto eſt & quoniam ſubest ceteriſ *A* 82 ſubſtantię *E* | ıđ ογcιοcειc *E* 83 πpocoπoɴ *EC* πpωcωπʌɴ *B* | rationabile eſt *E* | rationale *B* 84 eſ-ſentia] ſubſtancia *B*

tia, est enim et maxime ipse est a quo omnium esse proficiscitur. est οὐσίωσις, id est subsistentia, subsistit enim nullo indigens, et ὑφίστασθαι, substat enim. Unde etiam dicimus unam esse οὐσίαν uel οὐσίωσιν, id est essentiam uel subsistentiam deitatis, sed tres ὑποστάσεις, id est tres substantias. Et quidem secundum hunc modum dixere unam trinitatis essentiam tres substantias tresque personas. Nisi enim tres in deo substantias ecclesiasticus loquendi usus excluderet, uideretur idcirco de deo dici substantia, non quod ipse ceteris rebus quasi subiectum subponeretur, sed quod idem omnibus uti praeesset ita etiam quasi principium subesset rebus, dum eis omnibus οὐσιῶσθαι id est subsistere subministrat.

IIII Sed haec omnia idcirco sint dicta, ut differentiam naturae atque personae id est οὐσίας atque ὑποστάσεως monstraremus. quo uero nomine unumquodque oporteat appellari, ecclesiasticae sit locutionis arbitrium. Hoc interim constet quod inter naturam personamque differre praediximus: quoniam natura est cuiuslibet substantiae specificata proprietas, persona uero rationabilis naturae indiuidua substantia. Hanc in Christo Nestorius duplicem esse constituit eo scilicet traductus errore, quod putauerit in omnibus naturis dici posse personam. Hoc enim praesumpto quoniam in Christo duplicem naturam esse censebat,

86 ογϲιοϲειϲ *E* οẏϲιωϲειϲ *CBA* 87 υποϲταται (c supra) *E* ιφιϲταται *B* οẏφυϲταϲται *B* yφιϲταεαι · *A* 88 ογϲιοϲιɴ *EC* | id eſt] idē *A* 89 yπωϲταϲιɴ *B* 93 eccleſiaſticaſ *A*[1] | excluderet, (?) *C* 94 ſubſtantiam *C* 95 ſubpon. *EB* 96 p̄eſſent *E* 96 97 ita etiam cęteriſ quaſi principium ſibi ſubeſſet *A* 97 dum eiſ] de eiſ *E* | ογϲιαϲται *E* οẏϲιωϲται *C* ογϲιωϲεαι · *A* | ıđ *E* id eſt *P* uel *Cψ*

Cap. IIII] 1 ſunt *A* | differencia *B* 3 yποϲταϲεοϲ *EC* yπωϲτ. *B* | monſtrarer̄. *A* oportead *B* | ecleſiaſticę *E* aecclef. *A* 7 ſpecifica *B* 8 ſubſtantia *EA* ſubſiſtentia *CB* 11 pſumpto *C* 12 eſſe naturam *B*

duplicem quoque personam esse confessus est. Qua in re eum falsum esse cum definitio superius dicta conuincat, tum haec argumentatio euidenter eius declarabit errorem. Si enim non est Christi una persona duasque naturas esse manifestum est hominis scilicet atque dei: nec tam erit insipiens quisquam, qui utramlibet earum ratione seiungat: sequitur, ut duae uideantur esse personae. est enim persona ut dictum est naturae rationabilis indiuidua substantia. Quae est igitur facta hominis deique coniunctio? num ita quasi cum duo corpora sibimet apponuntur, ut tantum locis iuncta sint et nihil in alterum ex alterius qualitate perueniat? quem coniunctionis Graeci modum κατὰ παράθεσιν vocant. Sed si ita humanitas diuinitati coniuncta est, nihil horum ex utrisque confectum est ac per hoc nihil est Christus. Nomen quippe ipsum unum quiddam significat singularitate uocabuli. At si duabus personis manentibus ea coniunctio qualem superius diximus facta est naturarum, unum ex duobus effici nihil potuit. omnino enim ex duabus personis nihil umquam fieri potest. Nihil igitur unum secundum Nestorium Christus est ac per hoc omnino nihil. quod enim non est unum, nec esse omnino potest, esse enim atque unum conuertitur et quodcumque unum est est. etiam ea quae ex pluribus coniunguntur ut aceruus chorus, unum tamen sunt. Sed esse Christum manifeste ac ueraciter confitemur, unum igitur esse dicimus Christum. Quod si ita est, unam quoque Christi sine dubitatione personam

13 dupl. etiam perſ. *E* 14 diſfinito *A* 18 tam *uidetur om.* *B* | qui *αR*[1] ut *ψ* | utramlibet *α* utramque *ψ* *Vict.* utram *R*[1] 19 conſequitur *V* 21 rationalis *B* | ſubſiſtentia *B* 22 coniuncio *E* | quaſi duo (cum *om.*) *E* 23 ſibi (met *om.*) *A* | apponantur *E* 24 perueniat̃. *A* (*nata lectio ex male intellecta interrogandi nota ut ſupra u. 3*) 25 κατα παραcτεcιν *B* καταπαʀατεcιн *C* 29 ac ſi *B* ut ſi *A* 30 ea] hęc *B* 31 confici *C* 36 quodcumque unum eſt eſt etiam *αA* quodcumque eſt, unum eſt. etiam *B* 37 compluribuſ *B* | cōruſ *E* 38 ac *EA* & *CB* 40 quoque in chriſti *B*

esse necesse est. nam si duae personae essent, unus esse non posset. duos uero esse dicere Christos nihil est aliud nisi praecipitatae mentis insania. cur enim omnino duos audeat Christos uocare, unum hominem alium deum? uel cur eum qui deus est Christum uocat, si eum quoque qui homo est Christum est appellaturus, cum nihil simile, nihil habeant ex copulatione coniunctum? Cur simili nomine diuersissimis abutatur naturis, cum, si Christum definire cogitur, utrisque ut ipse dicit Christis non possit unam definitionis adhibere substantiam? Si enim dei atque hominis diuersa substantia est unumque in utrisque Christi nomen nec diuersarum coniunctio substantiarum unam creditur fecisse personam, aequiuocum nomen est Christi et nulla potest definitione concludi. Quibus autem umquam scripturis nomen Christi geminatur? Quid uero noui per aduentum saluatoris effectum est? nam catholicis et fidei ueritas et raritas miraculi constat. Quam enim magnum est quamque nouum, quam quod semel nec ullo alio saeculo possit euenire, ut eius qui solus est deus natura cum humana quae ab eo erat diuersissima conueniret atque ita ex distantibus naturis una fieret copulatione persona. Secundum Nestorii uero sententiam quid contigit noui? Seruant, inquit, proprias humanitas diuinitasque personas. quando enim non fuit diuinitatis propria humanitatisque persona? quando uero non erit? uel quid amplius in Iesu generatione contingit quam

41 neceſſe eſt eſſe *B* 42 uero dicere (eſſe *om.*) *E* | chriſtoſ dicere *C* 45 alterum *B* 46 eſt *om. A* | appellatur E^1 appellat E^2 47 nihil ſimile *om. B* | habebant *C* 49 definiri *E* | ut ipſe dicit utriſque (utriſque *m. ſec. interpoſitum uidetur*) *C* 50 χp̃c *A* | definicioniſ unam *B* 53 coniuncio B^1 | ſubſtarum (anti *ss.*) *E* | unam cr. fec. unam perſonam *E* 54 et nulla] et *om. E* | difin. *E* 57 affectum *B* 58 ſaritaſ (r *superscr.*) *C* 59 quam quod *ωP* quam *om. V* 62 ita ut ex *E* | ex copul. *A* 63 neſtoriſ *C* | contingit *C* 64 ferụuant *E* | inquid *CB* 66 humanitaſ perſona *E* 67 ihu *CA* ġẹ ıhū *B* | gneratione *C* | contingit *αB* contigit *A*

in cuiuslibet alterius, si discretis utrisque personis discretae etiam fuere naturae? Ita enim personis manentibus illic nulla naturarum potuit esse coniunctio, ut in quolibet homine, cuius cum propria persona subsistat, nulla est ei excellentissimae substantiae coniuncta diuinitas. Sed fortasse Iesum id est personam hominis idcirco Christum uocet, quoniam per eam mira quaedam sit operata diuinitas. Esto, deum ipsum Christi appellatione cur uocet, cur uero non elementa quoque ipsa simili audeat appellare uocabulo per quae deus mira quaedam cottidianis motibus operatur? An quia inrationabiles substantiae non possunt habere personam quae Christi uocabulum excipere possint? Nonne in sanctis hominibus ac pietate conspicuis apertus diuinitatis actus agnoscitur? Nihil enim intererit, cur non sanctos quoque uiros eadem appellatione dignetur, si in assumptione humanitatis non est una ex duarum naturarum coniunctione persona. Sed dicat forsitan: illos quoque Christos uocari fateor, sed ad imaginem ueri Christi. Quod si nulla ex homine atque deo una persona coniuncta est, omnes ita ueros Christos arbitramur ut hunc qui ex uirgine genitus creditur. nulla quippe in hoc adunata persona est ex dei atque hominis

68 in cuiusl.] in *om.* A^1 69 natuę (r *ss.*) A^1 70 naturarum *om.* *B* | contunccio *B* 71 ſubſiſtit E^1 72 nulla ei (eſt *om.*) *E* 73 ıhū *A* ıhm̄ *αB* | ıdē *A* ıđ *E* 74 per eū āmira *B* (*C?*) 75 diuitaſ A^1 | Eſto uero deum *C* Eſto deum uero *EA* eſto dm̃ *B* 76 uocet //// cur *C* 78 cottid. *EA* cotid. *CB* | motibus] modis *Vict.* 79 quia] q^{u} *C* | inr. *Eψ* irrationabiliſ C^1 80 poſſit *V* 82 agnoſcitur *EB* cognoſcitur *CA* | enim *om.* *E* 84 adſumptione *A* 84 85 humanitatis . . . . coniunctione *om.* B^1 85 in coniunctione *B* ex coni. $\alpha A R^1$ | non eſt duarum naturarum una in coni. *B* non eſt una duarum naturarum ex coni. *C* non eſt una ex duarum naturarum coni. *E* non eſt una ex coni. (duarum naturarum *ss. al.*) *A* 86 criſtoſ *A* 87 quod nulla (ſi *om.*) *E* 88 arbitramur *EA* arbitrabimur *CB* 89 genitus *om.* *B* 90 eſt perſona *C*

copulatione sicut nec in eis, qui dei spiritu de uenturo uero Christo praedicabant, propter quod etiam ipsi quoque appellati sunt Christi. Iam uero sequitur, ut personis manentibus nullo modo a diuinitate humanitas credatur assumpta. omnino enim disiuncta sunt quae aeque personis naturisque separantur, prorsus inquam disiuncta sunt nec magis inter se homines bouesque disiuncti quam diuinitas in Christo humanitasque discreta est, si mansere personae. Homines quippe ac boues una animalis communitate iunguntur, est enim illis secundum genus communis substantia eademque in uniuersalitatis collectione natura. Deo uero atque homini quid non erit diuersa ratione disiunctum, si sub diuersitate naturae personarum quoque credatur mansisse discretio? Non est igitur saluatum genus humanum, nulla in nos salus Christi generatione processit, tot prophetarum scripturae populum inlusere credentem, omnis ueteris testamenti spernatur auctoritas per quam salus mundo Christi generatione promittitur. Non autem prouenisse manifestum est, si eadem in persona est quae in natura diuersitas. eundem quippe saluum fecit quem creditur assumpsisse. nulla uero intellegi assumptio potest, si manet aeque naturae personaeque discretio. Igitur qui assumi manente persona non potuit, iure non uidetur per Christi genera-

91 quidei] qḍın (ss. 1) *C* qui *om.* *E* | de uenturo *α* uenturum *ψ* 92 uero *α* *om.* *ψ* | chriſto *αB?* χp̃u *A* | praedicabant *EA* praedicebant *CB* | etiam (ss. hi) ipſi *E* 95 cred'r (*ss.* atur) *C* | ſunt *om.* *A* 97 diſiuncti ſunt *A* 99 permanſere *C* 100 communitate] cōmutatione cōmunitione *A* | eſt] ıdė *B* 101 illis *om.* *E* | eadem (que *om.*) *E* 102 in uniu. *EV* in *om.* *Cψ* | uniuerſalitaſ *C* | nature *B*[1] 103 quid *CB* qđ *EA* | erat *E* 106 humanum genuſ *B* 107 tot] et *E* | inluſere *EA* illuſere *B* irriſerunt *C* 108 actoritaſ *B* 111 eundem *α* eandem *ψ* (eadem (ss. n) *B*) 112 ſaluum fecit *α* ſaluam fecit *A* ſaluauit *B* | quem *α* quam *ψ* 113 maneret *E* manet *CB* mane *A* 114 quia *E* | ſumi *C* 115 uidetur *α* uidebitur *ψ*

tionem potuisse saluari. Non est igitur per generationem Christi hominum saluata natura, quod credi nefas est. Sed quamquam permulta sint quae hunc sensum inpugnare ualeant atque perfringere, de argumentorum copia tamen haec interim libasse sufficiat.

V Transeundum quippe est ad Eutychen qui cum a ueterum orbitis esset euagatus, in contrarium cucurrit errorem asserens tantum abesse, ut in Christo gemina persona credatur, ut ne naturam quidem in eo duplicem oporteat confiteri. ita quippe esse assumptum hominem, ut ea sit adunatio facta cum deo, ut natura humana non permanserit. Huius error ex eodem quo Nestorii quoque fonte manasse probabitur. nam sicut Nestorius arbitratur non posse esse naturam duplicem, quin persona fieret duplex, atque ideo, cum in Christo naturam duplicem confitetur, duplicem credidit esse personam: ita quoque Eutyches non putauit naturam duplicem esse sine duplicatione personae et cum non confiteretur duplicem esse personam, arbitratus est consequens, ut una uideretur esse natura. Itaque Nestorius recte tenens duplicem in Christo esse naturam sacrilege confitetur duas esse personas: Eutyches uero recte credens unam esse personam impie credit unam quoque esse naturam. Qui conuictus euidentia rerum,

116 ſaluari potuiſſe *C* 117 ſaluata hominum *C* 118 permultae *B?* 119 ſenſum *om.* *E* | inp. *E* | perſtringere (*ss. al.* ualde frangere) *B* 120 copia tamen α tamen copia ψ | ſufficiat *EB* ſufficiant *CA*

Cap. V] 2 incurrit *A* 4 duplicem in eo *C* 5 oporteat] conueniat *C* | qippe *B* 6 ſit ///// adunatio *B* 7 permanſerit α manſerit ψ (manſit *B*) | ex *om.* A^{1} 7 8 quo et neſtorii ψ quo neſtorii quoque *E* quo neſtorii etiam *ut uidetur* *C* 8 fonte manaſse probabitur α [probitur (ba *ss.*) E^{1}] fonte prolabitur ψ 9 dupplicem (*hic et 10—16*) *C* | duplicem naturam *E* 11 duplicem eſſe conf. *E* | confiteretur αB confitetur $AE^{2}R^{1}$ | *poſt* confitetur *eraſum eſt* ampliorem *B* | credit *E* 13 eſſe poſſe ſine *A* 14 eſſe *om.* *A* 15 conſ. eſſe ut *V* 16 tenens] confe/////tenſ (renſ *er.*) *B* | natura *B* 18 19 quoque unam *B*

quandoquidem manifestum est aliam naturam esse hominis aliam dei, ait duas se confiteri in Christo naturas ante adunationem, unam uero post adunationem. Quae sententia non aperte quod uult eloquitur. ut tamen eius dementiam perscrutemur, adunatio haec aut tempore generationis facta est aut tempore resurrectionis. Sed si tempore generationis facta est, uidetur putare et ante generationem fuisse humanam carnem non a Maria sumptam sed aliquo modo alio praeparatam, Mariam uero uirginem appositam ex qua caro nasceretur quae ab ea sumpta non esset, illam uero carnem quae antea fuerit esse et diuisam atque a diuinitatis substantia separatam: cum ex uirgine natus est, adunatam esse deo, ut una uideretur facta esse natura. Uel si haec eius sententia non est, illa esse poterit dicentis duas ante adunationem, unam post adunationem, si adunatio generatione perfecta est, ut corpus quidem a Maria sumpserit, sed, antequam sumeret, diuersam deitatis humanitatisque fuisse naturam: sumptam uero unam factam atque in diuinitatis cessisse substantiam. Quod si hanc adunationem non putat generatione sed resurrectione factam, rursus id duobus fieri arbitrabitur modis. aut enim genito Christo et non assumente de Maria corpus aut assumente ab eadem carnem, usque dum resurgeret, quidem duas fuisse naturas, post resurrectionem unam factam. de quibus illud disiunctum

21 a/ıt *C* | conteri (fi *ss.*) *E* 22 qua *Vict.* 23 ſentıa A^1 | ut] ú *C* 24 dĕnĕcıã (dem̃ *al. ss.*) *B* 28 ſumptam] l' ſuſceptā *al. ss. A* 30 aſſumpta *E* 31 antea *EA* ante *CB* | eſſe et diuiſam αR^1 et *om.* ψE^2 | atque] aq; *E* | a diuin.] a *om.* A^1 33 deo] do *B* | /·eſſe natura /·facta *E* 36 ſi ad.] ſed ad. *E* | in generatione *A* 37 ſumpſerit *E* 38 humanitatiſ (*om.* que) *B* | ſuptā *A* 38 39 uero /// unam *B* 39 adque *B* | in indiuinitatiſ *A* 40 41 quod ſi hanc.... reſurrectione factam *om. E* | adunationem hanc *B* 41 arbitram (v *ss.*) *B* arbitratur *A* 42 43 de Maria] de *om.* C^1 43 aſſumpta *VB?* | carnem ω carne *V* | carnē//ſu ////// uſque (ſu *er.*) *B* 44 duaſ quidem *B*

nascitur, quod interrogabimus hoc modo: natus ex Maria Christus aut ab ea carnem humanam traxit aut minime. si non confitetur ex ea traxisse, dicat quo homine indutus aduenerit, utrumne eo qui deciderat praeuaricatione peccati an alio? Si eo de cuius semine ductus est homo, quem uestita diuinitas est? Nam si ex semine Abrahae atque Dauid et postremo Mariae non fuit caro illa qua natus est, ostendat ex cuius hominis sit carne deriuatus. quoniam post primum hominem caro omnis humana ex humana carne diducitur. Sed si quem dixerit hominem a quo generatio sumpta sit saluatoris praeter Mariam uirginem, et ipse errore confundetur et ascribere mendacii notam summae diuinitati illusus ipse uidebitur, quando quod Abrahae atque Dauid promittitur in sanctis diuinationibus, ut ex eorum semine toti mundo salus oriatur, aliis distribuit, cum praesertim, si humana caro sumpta est, non ab alio sumi potuerit nisi unde etiam procreabatur. Si igitur a Maria non est sumptum corpus humanum sed a quolibet alio, per Mariam tamen est procreatum, quod fuerat praeuaricatione corruptum, superius dicto repellitur argumento. Quod si non eo homine Christus indutus est qui pro peccati poena sustinuerat mortem, illud

46 interrogauimuſ *A* 46 47 ex Maria] de maria *B* 48 Sed ſi non *A* 49 eo] ab eo *B* | qui dec.] q//de-ciderat *C* 50 Si non eo *A* 51 quem] quo *E* 52 ex emine *E* | adque *B* | poſtemo *E*[1] 53 quę nata eſt *B* l' q̄ nata *ss.* *A*[2] | oſt-ndit *C* 54 quoniam] quē *B* 55 caro/omniſ *C* | diducitur α deducitur ψ 55 56 diducitur /// ſed *C* 56 ſed ſi quiſ ..dixerit (lacuna II litterarum) *B* 57 errorē *E* 58 confunditur *V* | aſſcribere *E* aſcr. *C* adſcr. ψ | /·notam /·mendatii *E* 59 illuſuſ *C*ψ (inl. *A*) illuſor *E* | habrahę *E* | atq;//////đđ *A* adque dauit *B* 60 in ſc̄iſ promittitur *A* 61 totiuſ mundi *E* toti mundo *cett.* | diſtribuit] tribuatur *C*[1] 62 ſi humana α ſi *om.* ψ | quę ſumpta eſt *A* 63 procreabitur *Vict.* 64 corpus *om.* *E* 65 eſt tamen *B* 66 preuari-//tione (*al. c.*) *A* 67 quodſi in eo (non *om.*) *E* eo *om.* *C* 68 pro *om.* *E* | pęna *B* | ſuſtinuerit *B* | *poſt* mortem *lacuna III litterarum* *B*

eueniet ex nullius hominis semine talem potuisse nasci qui fuerit sine originalis poena peccati. Ex nullo igitur talis sumpta est caro: unde fit ut nouiter uideatur esse formata. sed haec aut ita hominum uisa est oculis, ut humanum putaretur corpus quod reuera non esset humanum, quippe quod nulli originali subiaceret poenae, aut noua quaedam uera nec poenae peccati subiacens originalis ad tempus hominis natura formata est? Si uerum hominis corpus non fuit, aperte arguitur mentita diuinitas, quae ostenderet hominibus corpus, quod cum uerum non esset, tum fallerentur hi qui uerum esse arbitrarentur. At si noua ueraque non ex homine sumpta caro formata est, quo tanta tragoedia generationis? ubi ambitus passionis? Ego quippe ne in homine quidem non stulte fieri puto quod inutiliter factum est. Ad quam uero utilitatem facta probabitur tanta humilitas diuinitatis, si homo qui periit generatione ac passione Christi saluatus non est, quoniam negatur assumptus? Rursus igitur sicut ab eodem Nestorii fonte Eutychis error principium sumpsit, ita ad eundem finem relabitur, ut secundum Eutychen quoque non sit saluatum genus humanum, quoniam non is qui aeger esset et saluatione curaque egeret, assumptus est. Traxisse autem hanc sententiam uidetur: si tamen huius erroris fuit, ut crederet non fuisse corpus Christi uere ex homine sed extra atque adeo in caelo formatum: quoniam

69 eueniat E^1 70 poena] *alii* caufa *tefte Vallino* 71 tali *B* | nouiter] ñ uera *B* 72 aut *om.* *B* | uifa eft hominum *E* 75 aut] an *B* | uera α uero ψ 75 76 poenę fubiacenf originali (peccati *om.*) *A* 77 hominif corpuf α corpuf hominif ψ 78 hominibus corpus] diuinituf corpuf *E* 79 tunc *B* | hii *EA* | uerum *om.* *B* 80 At fi *E* aut fi *C* sed fi ψ l' vt *ss.* A^2 82 Ego] Ergo *E* 83 quidem *om.* *E* 84 85 tanta ///// humilitaf *E* 87 affuptuf *A* 89 ralabitur *ni f.* *C* 90 hif C^2 | if //// qui (quıd˜ *er.*) *B* 91 egeret curaque *B* ac cura egeret *C* | traxiffe *ex c.* *C* 92 uidetur hanc fententiam *B* 93 uerum *E* *Vict.* uere *C*ψ 94 e*x* *h*omine (xh *in raf.*) *C* | extra (e *in raf.*) *C* | adque *B* | ab eo *E* a deo *CV* ideo ψ | formatum ∸ quoniam *B*

cum eo in caelum creditur ascendisse. quod exemplum continet tale: non ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit.

VI Sed satis de ea parte dictum uidetur, si corpus quod Christus excepit ex Maria non credatur assumptum. Si uero assumptum est ex Maria neque permansit perfecta humana diuinaque natura, id tribus effici potuit modis: aut enim diuinitas in humanitatem translata est aut humanitas in diuinitatem aut utraque in se ita temperatae sunt atque commixtae, ut neutra substantia propriam formam teneret. Sed si diuinitas in humanitatem translata est, factum est, quod credi nefas est, ut humanitate inmutabili substantia permanente diuinitas uerteretur et quod passibile atque mutabile naturaliter existeret, id inmutabile permaneret, quod uero immutabile atque inpassibile naturaliter creditur, id in rem mutabilem uerteretur. Hoc igitur fieri nulla ratione contingit. Sed humana forsitan natura in deitatem uideatur esse conuersa. Hoc uero qui fieri potest, si diuinitas in generatione Christi et humanam animam suscepit et corpus? Non enim omnis res in rem omnem uerti ac transmutari potest. nam cum substantiarum aliae sint corporeae aliae incorporeae, neque corporea in incor-

95 in caelum cum eo *B* | aſſcendiſſe *E* 96 aſſcendit *E* | in celo *B* 97 deſcendit de caelo *B*

Cap. VI] 1 dictum de ea parte *A* 2 credatur *α* creditur *ψ* 3 ſi u. a. eſt *om.* C^1 humana perfecta *C* 5 id ÷ aut enim *B* 6—9 aut humanitaſ . . . quod credi nefas eſt *om.* *E* 6 utraque *α* utrę̨que *ψ* 9 in humanitatem *AV* in *om.* *EBC?* humanitate *E* 10 non immutabili *V* non *om.* *ω* in inmutabili CR^1 inmutabili (in *om.*) *EB?* mutabili (in im *om.*) *A* | uertetur *CA* 11 motabile *B* 12 id inmutabile permaneret *α* id in rem inmutabilem permaneret *A* id in rem immutabilem uerteretur *B* | immotabile *B* 13 inp. *Eψ* | motabilem *B* 15 uideatur E^1 16 eſſe *om.* *C* | ſi diu. *EA* ut diu. *B* ſi *uel* ut *om.* *C* 18 in reſ omneſ *E* 18 19 ac mutari *E* | ſt̄ (*i. e.* ſunt) *E* 20 neque ^{in}corporea *E* neque eni̅ corporea *C*

poream neque incorporea in eam quae corpus est mutari potest, nec uero incorporea in se inuicem formas proprias mutant: sola enim mutari transformarique in se possunt quae habent unius materiae commune subiectum, nec haec omnia, sed ea quae in se et facere et pati possunt. id uero probatur hoc modo: neque enim potest aes in lapidem mutari nec uero idem aes in herbam nec quodlibet aliud corpus in quodlibet aliud transfigurari potest, nisi et eadem sit materia rerum in se transeuntium et a se et facere et pati possint: ut, cum uinum atque aqua miscentur, utraque sunt talia quae actum sibi passionemque communicent. potest enim aquae qualitas a uini qualitate aliquid pati. potest item uinum ab aquae qualitate aliquid pati. atque idcirco si multum quidem fuerit aquae, uini uero paululum, non dicuntur inmixta, sed alterum alterius qualitate corrumpitur. si quis enim uinum fundat in mare, non mixtum est mari uinum sed in mare corruptum idcirco quoniam qualitas aquae multitudine sui corporis nihil passa est a qualitate uini, sed potius in se ipsam uini qualitatem propria multitudine commutauit. Si uero sint mediocres sibique aequales uel paulo inaequales naturae quae a se facere et pati possunt, illae miscentur et mediocribus inter se qualitatibus temperantur. Atque

21 incorporẹa *E* 22—24 *uerba* inuicem .... transformarique in ſe *om. A* 22 incorporeę *B* 23 ſolę *B* 24 habent] hт̄ C^1 | unius materiae *om.* C^1 | materiae // commune *B* 25 neque *V* nęc *E* | et facere] et *om. B* 27 mutari E^1 cõ *ss.* E^2 tranſmutari *C* permutari *ψ* 28 ̔erbam *E* | nec in quodlibet *E* | q/lıbet (od *ss.*) *C* 28 29 in quolibet alio corpore tranſfigurari *E* 29 et eadem] et *om.* B^1 30 poſſint *V* poſſunt *ω* (poſſ *B*) 31 miſceretur *CB* | atque] & *A* 32 talia] alia *B* | communicant *C* 33 enim *om. A* | aque *in raſ. C* 33 34 poteſt item .... pati *om.* C^1 *poſt* communicent (*u. 32*) *ea leguntur B* 34 item] enim *E* | uini *E* 35 quidem *om. E* fuerit quidem *C* 36 non dicuntur] noſcuntur *A* | inmixta *ω* 37 uinum *om. E* 38 in mare] in *om. B* 39 ſui *om. B* 43 a ſe et facere et pati *E* | facere pati C^1 | poſſint *VA*

haec quidem in corporibus neque his omnibus, sed tantum quae a se, ut dictum est, et facere et pati possunt communi atque eadem materia subiecta. Omne enim corpus quod in generatione et corruptione subsistit communem uidetur habere materiam, sed non omne ab omni uel in omni uel facere aliquid uel pati potest. Corporea uero in incorporea nulla ratione poterunt permutari, quoniam nulla communi materia subiecta participant quae susceptis qualitatibus in alterutram permutetur. omnis enim natura incorporeae substantiae nullo materiae nititur fundamento. nullum uero corpus est cui non sit materia subiecta. Quod cum ita sit cumque ne ea quidem quae communem materiam naturaliter habent in se transeant, nisi illis adsit potestas in se et a se faciendi ac patiendi, multo magis in se non permutabuntur quibus non modo communis materia non est, sed cum alia res materiae fundamento nititur ut corpus, alia omnino materiae subiecto non egeat ut incorporeum. Non igitur fieri potest, ut corpus in incorporalem speciem permutetur, nec uero fieri potest, ut incorporalia in sese commixtione aliqua permutentur. Quorum enim communis nulla materia est, nec in se uerti ac permutari queunt. nulla autem est incorporalibus materia rebus, non poterunt igitur in se inuicem permutari. Sed anima et deus incorporeae substantiae recte creduntur: non est igitur humana anima in diuinitatem a qua assumpta est permutata. Quod si neque corpus neque anima in diui-

47 eidem materię *E* 50 in omno *B* 51 in incorp.] in corporea˙ *A* 53 ſuſceptis] ſubiectiſ *B* | alterutra *E* alterutrum *A* 56 57 quod uero cum *E* 57 cum neque ea *A* | ea(qui)dem *B* 58 habeant in ſe tranſeant *C*[1] | habeant *CB* 59 et pat. *V* 60 permutantur *Vict.* permutabitur *BR*[1] 62 nititur fundamento *C* | alię *C*[1] | ſubiecta *E* 63 Non α*A* nullo *B* 64 corpus *om.* *E* 66 communioniſ *E* 67 nec] ne *C* | queant *C*[1] 68 eſt autem *E*[1] | in incorp. *E* | potu̇̇erunt *C* 69 in ſe igitur *E* igitur in ſe *C*ψ 70 credantur *CA* 71 aſſupta *A*

nitatem potuit uerti, nullo modo fieri potuit, ut humanitas conuerteretur in deum. multo minus uero credi potest, ut utraque in sese confunderentur, quoniam neque incorporalitas transire ad corpus potest neque rursus e conuerso corpus ad incorporalitatem, quando quidem nulla his materia subiecta communis est quae alterutris substantiarum qualitatibus permutetur. At hi ita aiunt ex duabus quidem naturis Christum consistere, in duabus uero minime: hoc scilicet intendentes, quoniam quod ex duabus consistit ita unum fieri potest, ut illa ex quibus dicitur constare non maneant, ueluti cum mel aquae confunditur neutrum manet, sed alterum alterius copulatione corruptum quiddam tertium fecit: ita illud quidem quod ex melle atque aqua tertium fit constare ex utrisque dicitur, in utrisque uero negatur. non enim poterit in utrisque constare, quando utrorumque natura non permanet, ex utrisque enim constare potest, licet ea ex quibus coniungitur alterutra qualitate corrupta sint. in utrisque uero huiusmodi constare non poterit, quoniam ea quae in se transfusa sunt non manent ac non sunt utraque in quibus constare uideatur, cum ex utrisque constent in se inuicem qualitatum mutatione transfusis. Catholici uero utrumque rationabiliter confitentur, nam et ex utrisque naturis Christum et in utrisque consistere. Sed id qua ratione dicatur, paulo posterius explicabo. nunc illud est manifestum conuictam esse Eutychis

73 ūmanitaſ *E* 74 conuerteret *A* | uero *om. A* 75 ut *om.* C^1 | in ſe *E* | tranſfunderentur *C* fund*a*rentur (con *om.*, a *in* e *c.*) *B* 78 his] iſ *C* | eſt communiſ *C* 80 hii *α* | hi aiunt (ita *om.*) *A* | quidem naturiſ quidem conſiſtere (Chriſtum *om.*) *E* 81 hoc uero ſcilicet *E* 84 maneat *B* | ueluti mel cum aqua conf. *C* 84 85 manet neutrum *B* 86 facit *A* | ita illud *α* (ita *om. E*) iuxta illud *ψ* | quidem *om. C* 89 utrarumque *E* 90 enī (*ss.* aut̄) *C* 91 corrupta *bis A* | ſint] ſt̄ *A* | ex utriſque *V* 94 in quibuſ *αA* in *om. B* | quibuſ ſtare *A* | uidetur *E* | conſtent *α* conſtet ψC^2 96 et ex] ex *om.* E^1 99 conuinctam *E* coniunctum C^1 conuictam ψC^2 *ss.*

sententiam eo nomine, quod cum tribus modis fieri possit, ut ex duabus naturis una subsistat, ut aut diuinitas in humanitatem translata sit aut humanitas in diuinitatem aut utraque permixta sint, nullum horum modum fieri potuisse superius dicta argumentatione declaratur.

VII Restat ut, quemadmodum catholica fides dicat, et in utrisque naturis Christum et ex utrisque consistere doceamus. Ex utrisque naturis aliquid consistere duo significat; unum quidem, cum ita dicimus aliquid ex duabus naturis iungi sicut ex melle atque aqua. id autem est ut ex quolibet modo confusis, uel si una uertatur in alteram uel si utraeque in se inuicem misceantur, nullo modo tamen utraque permaneant. secundum hunc modum Eutyches ait ex utrisque naturis Christum consistere. Alter uero modus est ex utrisque consistendi quod ita ex duabus iunctum est, ut illa tamen ex quibus iunctum esse dicitur maneant nec in alterutra uertantur, ut cum dicimus coronam ex auro gemmisque compositam. Hic neque aurum in gemmas translatum est neque in aurum gemma conuersa, sed utraque permanent nec formam propriam derelinquunt. talia ergo ex aliquibus constantia et in his constare

100 eo nomine *α* eo modo *ψ* | feri *E* 101 ut *om. E* 102 umanitatem *E* 104 poſſe *B*

Cap. VII] 3 4 doceamuſ. Ex utriſque naturiſ aliquid conſiſtere duo ſignificat *α* doceamuſ. Duplex quidem moduſ eſt (eſt *om. A*) qui unum ex duobuſ conſiſtere (conſiſte *B*) ſignificat *ψ* 4 unuſ quidem *A* 5 ſicut et melle et aqua *C* 6 ut ex] ut *om. B* 7 utraque *E* | inuicem miſceantur *CB* inuicem *om. A* miſceantur inuicem *EV* 9 ex utr.] & utr. *A* 11 ita] iã *B* | iunctum] l'unitum *ss. C* 12 13 ne in alterutrum *E* | uertantur] *ss.* l'v (*i. e.* uertuntur) A^2 14 in gemmiſ *B* neque aurum (in *om.*) C^1 hic neq; ĩ | aurũ /// gẽma conuerſa. ſed (ĩ *mg. poſtea add.*, *poſt* aurũ *er.* in, gẽma *ex* gẽmã *c.*) *A* | gemmę conuerſę *E* 16 derelınqunt E^1 derelinquent *A* 17 talia ergo ex aliquibuſ conſtantia *α* taleſ ergo modi ſunt. ex quibus conſtantia *ψ* | et in hiſ] et *er. C om. V* 18 conſtare *B*

dicimus ex quibus consistere praedicantur. tunc enim possumus dicere coronam gemmis auroque consistere, sunt enim gemmae atque aurum in quibus corona consistat. nam in priore modo non est mel atque aqua in quibus illud quod ex utrisque iungitur constet. cum igitur utrasque manere naturas in Christo fides catholica confiteatur perfectasque easdem consistere nec alteram in alteram transmutari: iure dicit et in utrisque naturis Christum et ex utrisque consistere. in utrisque quidem, quia manent utraeque, ex utrisque uero, quia utrarumque adunatione manentium una persona fit Christi. Non autem secundum eam significationem ex utrisque naturis Christum iunctum esse fides catholica tenet, secundum quam Eutyches pronuntiat. Nam ille talem significationem coniunctionis ex utraque natura sumit, ut non confiteatur in utrisque consistere neque enim utrasque manere: catholicus uero eam significationem ex utrisque consistendi sumit quae illi sit proxima eamque conseruet quae in utrisque consistere confitetur. Aequiuocum igitur est ex utrisque consistere ac potius amphibolum et gemina significatione diuersa designans. una quidem significatione non manere substantias ex quibus illud quod copulatum est dicatur esse coniunctum, alio modo significans ita ex utrisque coniunctum, ut utraque permaneant. Hoc igitur expedito aequiuocationis atque ambiguitatis modo nihil est ultra

18 praedicantur *EA* praedicamuſ *CB* 19 gemmiſq; *B* 20 gemmae *om. B* | adque *B* | in quibuſ *αA* ex quibuſ *B* quibus *V* | conſiſtat *α* conſtat *A* ſit *B* 22 conſtat *A* 23 igitr̆ *E* | permanere *A* 24 confit[e]atur *αA²* confitetur *ψ* | conſiſtere *α* perſiſtere *ψ* 25 iure // dicitur *A* | dicit *α* dicitur *ψ* | et in] ex *E²* 26 naturis *om. C* | et in utr. *E* 27 utraque Ex ̆triſque *E* 29 ạụ̃ *C* 30 ex *om. B* 31 eutides[s] *C* euticiſ *B* 32 talem *om. B* | coniuncioniſ *B* 33 34 neque enim *αR¹* enim *om. ψ* 34 utraque *R¹* 36 conſeruat *B* 37 conſiſtere uideatur (*pr. ss.* l' confiteatur) *A* 38 amfibolum *E* amphiboloum *A* 39 deſignanſ *EA* ſignificanſ *CB* 42 coniunctu[s] *C²* 43 modo *αA¹* nodo *B* l' nodo *A²*

quod possit opponi, quin id sit quod firma ueraque fides catholica continet: eundem Christum hominem esse perfectum eundem deum eundemque qui homo sit perfectus atque deus unum esse deum ac dei filium, nec quaternitatem trinitatis astrui, dum homo additur supra perfectum deum, sed unam eandemque personam numerum trinitatis explere. ut cum humanitas passa sit, deus tamen passus esse dicatur, non quod ipsa deitas humanitas facta sit, sed quod a deitate fuerit assumpta. Item qui homo est dei filius appellatur non substantia diuinitatis sed humanitatis, quae tamen diuinitati naturali unitate coniuncta est. Et cum haec ita intellegentia discernantur permisceanturque, tamen unus idemque et homo sit perfectus et deus: deus quidem, quod sit ex patris substantia genitus, homo uero, quod ex Maria sit uirgine procreatus. Item qui homo, deus eo quod a deo fuerit assumptus. et qui deus, homo, quoniam uestitus homine sit, cum in una eademque persona aliud sit diuinitas quae suscepit, aliud quam suscepit humanitas: idem tamen deus atque homo est. Nam si hominem intellegas, idem homo est atque deus, quoniam homo ex natura, deus assumptione. Si uero deum intellegas, idem deus est atque homo,

48 nec quatern.] nec uel quantitatem *A* | trinitati *A* | adſtrui *A* | additur homo *E* 49 un // (II *litt. er., al. ss.* am) *C* 51 non quod *EA* non quo *CB* 52 aſſumpta fuerit *B* 54 55 diuinitaſ naturaliſ humanitati coni. *E* 55 56 ita hęc *E* ita *om. B* 56 diſcernuntur *E*[1] 57 et homo *om. A* | ſit α *om. B* eſt *AC*[2] 58 quod ipſe ſit *CA* ipſe *om. EB* | ex *om. E*[1] | genuſ *B* 59 uero eſt quod *A* | itemque *CA* que *om. EB* 60 deuſ eſt eo *E* 61 deuſ idem homo *E* | ueſtituſ homine *EA* hom. ueſt. *CB* | cumque in *A* 61 62 in una eademque *EB* in eadem *CA* 63 aliud quam α aliud eſt quam ψ | humanitaſ quam ſuſcepit *B* 63 64 deuſ eſt adque homo *B* | eſt] ſit *E* 64 hominem chriſtum intellegaſ *E* chriſtum *om. Cψ* 64 65 idem homo eſt.... aſſumptione *om. A* 64 quoniam homo ex n. d. eſſumptione *om. E deinde A inter* intellegas (64) *et* Si uero *interpoſita habet haec:* idem deuſ eſt. | deuſ ex aſſumptione nature *B* 66 deus *om. B* | adque *B*

quoniam natura deus est homo assumptione. fitque in eo gemina natura geminaque substantia, quoniam homo deus una persona, quoniam idem homo atque deus. mediaque haec est inter duas haereses uia sicut uirtutes quoque medium tenent. omnis enim uirtus in medio rerum decore locata consistit. siquid enim uel ultra uel infra quam oportuerit fiat, a uirtute disceditur. medietatem igitur uirtus tenet. Quocirca si quatuor haec neque ultra neque infra esse possunt ut in Christo, aut duae naturae sint duaeque personae ut Nestorius ait, aut una persona unaque natura ut Eutyches ait, aut duae naturae sed una persona ut catholica fides credit, aut una natura duaeque personae, quod nullus adhuc haereticus attigit. cumque duas quidem naturas duasque personas in ea quae contra Nestorium dicta est responsione conuicerimus: unam uero personam unamque naturam esse non posse Eutyche proponente monstrauimus neque tamen tam amens quisquam huc usque exstitit, ut unam naturam in eo crederet sed geminas esse in eo personas: restat ut ea sit uera quam fides catholica pronuntiat geminam substantiam sed unam esse personam. Quia uero paulo ante diximus Eutychen confiteri duas quidem in Christo ante adunationem

67 deuſ natura *B* | aſſuptione *A* | fit (que *om.*) *B* 68 69 homo deuſ *α* homo et deuſ *ψ* 70 unaque *V* 71 eſt haec *A* eſt *om.* *B* | hereſeſ *EB* 72 decore *om.* *E* | ſi quid enim *EAC*² *Vict.* ſi quidem *B* ſı q/// (ıd ʜ *ss.*) *C* 73 diſcedit *E* 74 ıııı^or^ *C* 75 neque ultra neque infra eſſe poſſunt *E* neque ultra eſſe poſſunt neque infra *A* neque infra *om.* *C*¹*B* (*ss.* *C*²) | in alio (*ss.* χρο) *C* 76 aud *E*¹ 77 aut una natura (*al.* *ss.* perſona) *C* 80 81 quod . . . attigit *EAC* *mg.* *al.* (q. nulluſ adhuc ęreticuſ (h *supra*) a. *E* q. adhuc nulluſ attigit hereti | *C* q. n. h. adhuc attigit *A*) *om.* *C*¹*B* 84 unam (que *om.*) *E* | ut eutiche *A* 85 monſtrauerimus *V* | tamen tam *A* tam̃ tam *E* tñ tã *C* tantum (tam *om.*) *B* tam *V* 85 exſtitit *αB* (ext. *C*) exſtiterit *VA* | nat. in eo crederet *E* in eo cred. nat. *B* in eo nat. cred. *CA* 85 86 genaſ (mi *ss.*) eſſe in eo perſonaſ *E* in eo *om.* *ceteri* 86 uera ratio quam *A* 88 ante paulo *A*

naturas, unam uero post adunationem, cumque hunc errorem duplicem interpretaremur celare sententiam, ut haec adunatio aut generatione fieret, cum ex Maria corpus hominis minime sumeretur aut sumptum quidem ex Maria per resurrectionem fieret adunatio, de utrisque quidem partibus idonee ut arbitror disputatum est. Nunc quaerendum est, quomodo fieri potuerit, ut duae naturae in unam substantiam miscerentur.

VIII Verumtamen est etiam nunc et alia quaestio quae ab his inferri potest qui corpus humanum ex Maria sumptum esse non credunt, sed alias fuisse sequestratum praeparatumque quod in adunatione ex Mariae utero gigni ac proferri uideretur. Aiunt enim: si ex homine sumptum est corpus, homo uero omnis ex prima praeuaricatione non solum peccato et morte tenebatur, uerum etiam affectibus peccatorum erat inplicitus, eaque illi fuit poena peccati, ut, cum morte teneretur obstrictus, tamen esset reus etiam uoluntate peccandi: cur in Christo neque peccatum fuit neque uoluntas ulla peccandi? et omnino habet animaduertendam dubitationem talis quaestio. si enim ex carne humana Christi corpus assumptum est, dubitari potest, quaenam caro haec quae assumpta sit esse uideatur. eum quippe saluauit quem etiam assumpsit. sin uero talem hominem assumpsit qualis Adam fuit ante peccatum, integram uide-

91 dupplicem *C* 92 gñe (*ss.* generatione) *C*[1] | maria] materia *B* 93 ſumpto *V* 94 maria] materia *B* | maria ꞁeret (i *ss.*) per *C* 95 idoneę *Eψ* | ut arbitror idonee *C* | dıſputatud (tum *ss.*) *C* 96 potuit *B*

Cap. VIII] 1 Verumtamen — quaeſtio *αA* (& *pro* etiam *C*) Nec non et alia quaedam naſcitur quaeſtio *B* 3 eſſe *om. E* 7 mariae] ma//rię (te *er.*) *B* 5 ac] atque *A* 6 eſt *om. A* | prima *om. C* 7 peccat//// *E* 8 inpl. *E* impl. *CA* implicatuſ *B* | eaquę *C*[1] 9 aſtrictuſ *Vict.* | τm̃ *A* 10 etiam *om. E* 13 talisq.] illa q. *A* | taliſ queſtio dubitationem *E* | enim *om. E* enim *bis A* 14 aſſuptum *A* | q̄/nā/ *C* quae *B* | haec caro *A* 16 aſſumſit *E* | Si uero *E* 17—20 ante peccatum .... qualis Adam fuit *om. E* 17 integram quidem uidetur *B*

tur humanam assumpsisse naturam, sed tamen quae medicina penitus non egebat. Quomodo autem fieri potest, ut talem assumpserit hominem qualis Adam fuit, cum in Adam potuerit esse peccandi uoluntas atque affectio? unde factum est, ut etiam praetergressis diuinis praeceptis inoboedientiae delictis teneretur astrictus. In Christo uero ne uoluntas quidem ulla creditur fuisse peccandi, cum praesertim si tale corpus hominis assumpsit quale Adae ante peccatum fuit, non debuerit esse mortalis, quoniam Adam, si non peccasset, mortem nulla ratione sensisset. cum igitur Christus non peccauerit, quaerendum est cur senserit mortem, si Adae corpus ante quam peccaret assumpsit. Quod si talem statum suscepit hominis qualis Adae post peccatum fuit, uidetur etiam Christo non defuisse necessitas, ut et delictis subiceretur et passionibus confunderetur obductisque iudicii regulis bonum a malo non sincera integritate discerneret, quoniam has omnes poenas Adam delicti praeuaricatione suscepit. Contra quos respondendum est tres intellegi hominum posse status: unum quidem Adae ante delictum in quo, tamenetsi ab eo mors aberat nec adhuc ullo se delicto polluerat, poterat tamen in eo voluntas esse peccandi: alter in quo mutari potuisset, si firmiter in dei praeceptis manere uoluisset.

19 egeat *B* 20 hominem *om. C* 21 uoluntaſ peccandi *E* | adque *B* 22 effeccio *E* | etiam *om. A* 23 inoboedi/entię (r *er.*) *A* | inoboed. *ψ* inobed. *α* | delictiſ in adam ten. *B* | adſtrictuſ *EA* aſtrictuſ *BC*² affectuſ *C*¹ 24 nec] ne *V* | ulla *om. B* | cred. eſſe *C* 26 quale ante peccatum adde fuit *C* 27 ſi adam non *A* 28 nulla ratione mortem *A* 30 peccaſſet *E* | aſſumpſerit *A* 31 hominiſ ſuſcepit *A* | adde *C* 32 etiam chriſto *EA* etiam in *om. ſed adeſt interſtitium III litterarum C* etiam in chriſto *B* | fuiſſe non defuiſſe *B* 35 diſcernet *A* 36 praeuaricationem *C* 37 eſt *om. B* | intellegi treſ *E* | intellegi ///// poſſe hominum poſſe (hominum *er.*) *B* 38 ante adę *A* | tam̄etſi *E* tametſi *Cψ* 39 potuerat *A* 40 eſſe uoluntaſ *B* | alter uero eſt in quo *B* 41 poſſet ////// ſi *B* | manere | (t *er.*) *B* | noluiſſet *E*²

tunc enim id addendum foret, ut non modo non peccaret aut peccare uellet, sed ne posset quidem aut peccare aut uelle delinquere. Tertius status est post delictum in quo mors illum necessario subsecuta est et peccatum ipsum uoluntasque peccati. Quorum summitatum atque contrariorum haec loca sunt: is status qui praemium esset, si in praeceptis dei Adam manere uoluisset et is qui poenae fuit, quoniam manere noluit. in illo enim nec mors esset nec peccatum nec uoluntas ulla peccandi, in hoc uero et mors et peccatum et delinquendi omnis affectio omniaque in perniciem prona nec quicquam in se opis habentia, ut post lapsum posset adsurgere. Ille uero medius status in quo praesentia quidem mortis uel peccati aberat, potestas uero utriusque constabat, inter utrumque statum est collocatus. Ex his igitur tribus statibus Christus corporeae naturae singulas quodammodo indidit causas; nam quod mortale corpus assumpsit, ut mortem a genere humano fugaret, in eo statu ponendum est, quod post Adae praeuaricationem poenaliter inflictum est. Quod uero non fuit in eo uoluntas ulla peccati, ex eo sumptum est statu qui esse potuisset, nisi uoluntatem insidiantis fraudibus applicasset. Restat igitur tertius status id est medius, ille scilicet qui eo tempore fuit, cum nec mors aderat

42 id *om.* *V* | modo . . . peccaret (*lac. III litt.*) *B* non *om.* C^1 43 nec *C?V* | poſſe *A* 44 derelinquere *A* 45 illum ſequta ÷ neceſſario ſubſecuta eſt B^1 | ſequuta *V* 46 uoluptaſque C^1 | peccati *αB* peccandi AE^2 | quorum $E\psi R^1$ *Vict.* quarum *C?V* | ſummitatem R^1 *Vict.* 47 hęc locuta *E* loca hec *B* | is ille ſtatus *V* | ˢtatus *E* 48 qui primum *A* | ẽeᵀ *C* 49 et // iſ *C* | pęne /// fuit (ẽet *er.*) *B* | uoluit E^1 50 peccandi $C\psi E^2$ peccati E^1R 53 quoq; B^1 *et* C^1 *ni f.* quicq; B^2 qṣq̃ (ic) *C* 54 adſ. *EA* | praeſẹṇſentia *E* 55 utriſque *B* 55 56 utr. naturae conſtabat *C* 56 eſt *om.* *A* | collocatuſ χp̃c. nec totum ſumpſit ab illiſ ſed quoddam ab utriſque. Ex hiſ igitur *etc.* *A* 57 corporeae chriſtuſ *B* | corpore *Vict.* ſui corporiſ *E* | naturae ſuae *C?V* ſuae *om.* $E\psi$ 58 qđ adm̊ *A* 62 peccati *α* peccandi ψE^2 | ſtatu ſumptum eſt *C* | eſt *om.* *B* 63 eſſeṭ *C* 64 tertiuſ] totuſ C^1 65 eo *om.* E^1

et adesse poterat delinquendi uoluntas. In hoc igitur Adam talis fuit, ut manducaret ac biberet ut accepta digereret, ut laberetur in somnum et alia quae ei non defuerunt humana quidem sed concessa et quae nullam poenam mortis inferrent. quae omnia habuisse Christum dubium non est. nam et manducauit et bibit et humani corporis officio functus est. neque enim tanta indigentia in Adam fuisse credenda est, ut nisi ex omni ligno escam sumeret uiuere non potuisset, sed, si ex omni ligno quidem escam sumeret, semper uiuere potuisset hisque non mori. idcirco paradisi fructibus indigentiam explebat. quam indigentiam fuisse in Christo nullus ignorat, sed potestate non necessitate. et ipsa indigentia ante resurrectionem in eo fuit, post resurrectionem uero talis extitit, ut ita illud corpus inmutaretur humanum, sicut Adae praeter praeuaricationis uinculum mutari potuisset. quodque nos ipse dominus Iesus Christus uotis docuit optare, ut fiat uoluntas eius sicut in caelo et in terra et ut adueniat eius regnum et nos liberet a malo. Haec enim omnia illa beatissima humani generis fideliter credentium inmutatio deprecatur.

Haec sunt quae ad te de fidei meae credulitate scripsi. Qua in re si quid perperam dictum est, non ita sum amator mei, ut ea quae semel effuderim meliori sententiae anteferre contendam. Si enim nihil est ex

67 ac] et *E* | ut acc. *E* ut *om.* *A* & acc. ψ 68 degereret C^1 digeret *A* 70 pęnam *C* 71 nam ut E^1 et *om.* *C* | ac bibit *B* 72 officio // functuſ (de *er.*) *E* | tanta indig. α tanta *om.* ψ 73 defuiſſe *A* | credendū *C* 73 74 niſi ex omni quidem (quidem *om.* *C*) ligno eſcam (ęſcam *E*) ſumeret α niſi manducaſſet ψ 75 ligno quidem α quidem ligno ψ | uiuere /// pot. (non *er.?*) *C* 76 hiſque] iſque *R* atque *E* 80 exſt *A* 80 81 inmutaretur α (inm. *C*) mutaretur ψ 82 quodque] quod *A* q/// *C* 84 et ut] et *om.* *V* | regnum eiuſ *B* 85 et nos] id ∸ ut noſ *B* | liberaret *R* 86 inmutatio α immutatione fieri ψ | deprecatur α deprecamur *B* deprecaremur *A* 88 EPILOGVS *E* | ad te] ante *B* | de meę fidei *B* 88 ſcripſi α*A* digeſſi *B* | edictum *E*

nobis boni, nihil est quod in nostris sententiis amare debeamus. Quod si ex illo cuncta sunt bona qui solus est bonus, illud potius bonum esse credendum est quod illa incommutabilis bonitas atque omnium bonorum causa perscribit.

94 quod] qd/ *C* 95 incommutabilitatiſ *E* 96 perſcribet; C^{1} | FINIT *E* EXPLICIT *C* *om.* *A* EXPLICIT . LIB̃ BÕ · CONTRA EUTICHEN ET NESTORIŨ · dſ dñſ m̃ſ χp̃ſ luciſ creator *B*

Aug. 29th 1904.

I INDEX METRICVS

crucem (†) *adposui in indice simplicium metrorum carminibus quae constant uersibus conpositis. haec collegi altera parte. quae continuo metro decurrunt, maioribus numeris indicaui in A et B: minoribus carmina* δίκωλα *significaui, quae tertia indicis parte C recensentur.*

A METRA SIMPLICIA

I trochaicos non nisi aliis metris copulatos auctor adhibuit.

1 trochaica penthemimeris (i. e. prior pars sapphici) cum adonio copulata IIII 5† (11)

2 dimeter acatalectus, cum anacreontio IIII 2 † (10). arsibus non solutis.

3 dimeter brachycatalectus (ithyphallicus) alcmanio subicitur V 5 † (15) arsibus non solutis.

II iambici

1 iambici penthemimeris (i. e. prior pars alcaici hendecasyllabi quem sprevit Boetius) cum adonio coniuncta IIII 5 † (11)

2 dimeter acatalectus II 7 III 8 IIII 1 (13. 11. 15)

⏑⏑

⏓ – ⏑ – ⏓ – ⏑ –

trimetro iambico uel asclepiadeo uel alcmanio subiecit Boetius. tertia sede anapaestus semel (II 7, 16 *rigidus Cato*)*); caesura post thesin tertiae sedis uel, si ibi est omissa (quod duodeciens factum), post thesin alterius sedis.

3 trimeter acatalectus II 7 III 3 (13. 3) dimetro iambico uel pentametro praemissus. anapaestus in prima sede bis (II 7, 15 III 3, 3), in paenultima quater (II 7, 1. 9.

*) cf. Senecae Med. 781 (*qui uirus herculeum bibit*) Martialis I 49, 42 (*cum fama quod satis est habet*)

15. 25.); tribrachus in altera sede bis (II 7, 11. 13) in tertia semel (ib. 13) in quarta semel (ib. 25); soluti pedes bini in tribus uersibus (II 7, 13. 15. 25); paenultima iambica ter (II 7, 5. 19 III 3, 5.), ceterum spondaica.

4 trimeter acatalectus claudus **II 1 III 11** (9. 16) paenultima spondeum habet duodeciens. quod reicit Terentianus 2408 sqq. neque Ausonius spondeum in hunc locum admisit. anapaestus in prima sede bis (II 1, 4 III 11, 5); tribrachus in altera sede ter (II 1, 5. 6. III 11, 5); binae solutiones semel admissae (III 11, 5); caesura ubique penthemimeris.

III DACTYLICI

1 dimeter catalecticus in disyllabum (adonius) **I 7** I 2 † IIII 5 † IIII 7 (32. 27. 22. 1) acceptissimus Boetio uersus. κατὰ cτίχαc usurpauit I 7 ut Terentianus 2161 sqq. Martianus II 125 Ennodius in paraenesi didascalica atque in carminum libro I mansitque hic usus per medium aeuum*). Cum trimetro dactylico catal. in syll. copulatur I 2, cum trochaica uel iambica penthemimeri IIII 5, denique sapphici carminis IIII 7 clausula praeeunte Seneca. — De anapaestis adoniorum similibus infra exponetur: ne clausula quidem carminis V 3 uerus adonius est

2 trimeter acatalectus
cum pyrrhichio copulatus (metrum phaliscum) III 1 † (13)

3 trimeter catalecticus in syllabam
cum adonio copulatum I 2 † (27) – ⏖ – ⏕ –

4 tetrameter acatalectus (alcmanius) I 3 IIII 1 V 5 † (5. 15. 15) – ⏕ – ⏕ – | ⏕ – ⏕ continuis alcmaniis quales Seneca aliique fecerunt Boetius abstinuit: aliis metris uel subiunxit (hexametro) uel praemisit (dimetro iambico) uel denique in unum uersum copulauit (dim. troch.) frequens est apud eum contractio thesium, quin etiam binos spondeos admisit; caesura ubique post tertiam arsin. In V 5 ultima syllaba ithyphallico praecedens nusquam producitur. quam legem quamquam Seneca quoque obseruauit, auctor in I 3 et IIII 1 aliquotiens neglexit.

5 tetrameter catalecticus in disyllabum **V 2** (13)
– ⏕ – ⏕ | – ⏑ ⏑ – ⏔
κατὰ cτίχαc Boetius solus inter latinos poetas adhibuit. caesura ante adonium non nisi bis neglecta (u. 4. 10.). prior pars duobus dactylis constat quater, duobus spondeis octiens, spondeo et dactylo semel; adonius ubique purus. anapaesticos dimetros Obbarius falso existimabat: nam ut taceam caesuram bis neglectam, purus anapaestus ne semel quidem legitur atque numerus anapaesticorum qui dactylicorum te-

*) exempla sint Sti Patricii carmen, Pauli Diaconi, Herimanni contracti, Theobaldi physiologi auctoris aliorumque.

trametrorum sint similes, in boetianis carminibus perexiguus est; quattuor enim leguntur in CLXV uersibus.

6 tetrameter catalecticus in syllabam III 6 † (9)

_ ⏑⏑ _ ⏑⏑ _ ⏑⏑ _

cum anacreontio copulatus*). meris dactylis semel constat (u. 13), spondeus in prima ter, in altera quater, in tertia quoque quater. bini spondei in eodem uersu ter deprehenduntur (u. 9. 11. 15). ante conmissuram semper longa syllaba seruatur.

7 pentameter elegiacus I 1 V 1 III 3 IIII 4 uel hexametro (bis) uel trimetro iambico uel hendecasyllabo subiectus.

8 hexameter herous **III 9** I 1 V 1 I 3 (28. 11. 6. 5) κατὰ στίχους semel, cum pentametro bis, cum alcmanio semel coniunctus.

IIII ANAPAESTICI

1 dimeter acatalectus **I 5 III 2 IIII 6 V 3** (48. 38. 48. 31 = 165) de boetiano huius metri usu diximus in praefatione ad Senecae tragoedias p. XII.

In exitu uersuum auctor non raro admisit hiatum uel breuem syllabam (32 uersibus); in caesura quoque libri perperam breuem syllabam habent I 5, 6 (*totis fratris obuia flammis*); librarii culpa semel caesura neglecta V 3, 6 (*An nulla est discordia ueris*) quod nequit eo defendi, quod non raro in aliis metris praecipue in hendecasyllabis post praepositiones uel ante *que* encliticum auctor uersum incidit (uelut III 1, 3 filicem|que V 2, 5 per|rumpere I 4, 6 ex|citantis 14 im|potentis III 10, 13 ex|citatque III 4, 5 im|probus IIII 4, 1 ex|citare 7 dis|sidentque). — In monometris quae caesura existunt non nisi una plerumque solutio admissa est: anapaestus cum dactylo bis tantum legitur (III 2, 10 IIII 6, 29; quominus I 5, 30 transpositis uocibus eandem pedum coniunctionem cum L. Muellero efficiamus, prohibet sensus). *dactylus cum dactylo* quater (III 2, 11. 19. V 3, 13. 27). ne *anapaesti* quidem *duo* nimis frequenter conmittuntur (26 exempla habes, quorum 16 in priore uersus parte, 10 in posteriore); pro anapaesto dactylus ponitur plerumque sic ut euadant *adonii* quorum 18 ante caesuram, 126 post caesuram inueniuntur. *spondeo dactylus* septiens subiungitur: I 5, 16. 33. 37. IIII 6, 19. 26. V 3, 6 haec in priore parte, in altera IIII 6, 20 *elementa modis | ut pugnantia*. cui addas eadem ratione formatum, dum modo emendationem meam probes, I 5, 45 *homines quatimur | fortunae sale* (*salo* libri). *spondeus cum spondeo* frequens concurrit in priore hemistichio

*) κατὰ στίχον usurparunt praeter Terentianum Ausonius Prudentius mediique aeui scriptores uelut Saxo grammaticus Herimannus Theobaldus.

(46), non nisi bis in altero (I 5, 44 et V 3, 6) eademque fere ratione *spondeum anapaesto* praemisit uel subiunxit: subiunxit 45 et 10, praemisit 27 et 13 uersibus. — De monometris, quibus rarius quam Seneca usus est, infra dicetur.

2 dimeter catalecticus (paroemiacus) **II 5 III 5** (30. 10)

◡◡ _ ◡◡ _ ◡◡ _ ⏓

non nisi continuos eius generis uersus fecerunt latini poetae aetate inferiores: Terentianus 1812—1838 Ausonius*) Hosidius Geta**) neque ab hac ratione discessit Boetius. posterior pars pura seruatur, prior plerumque spondeum continet cum anapaesto, rarius duo anapaestos uel duo spondeos (illud nouiens, hoc quinquiens), quater anapaestus spondeo praemittitur.

3 monometri singuli inter dimetros non nisi bis inueniuntur (I 5, 36. VI 3, 31) alter in fine carminis adiectus. uterque adonii formam seruat.

V IONICI

1 dimeter acatalectus (anacreontium) III 6 † IIII 2 † (9. 10.) ◡◡ _ _ ◡◡ _ _ copulatus cum tetrametro dactylico catal. in syll. et troch. dim. acat. Non raro ubi a spondeo incipit uersus, accentu efficitur pherecrateo similis e. g. IIII 2, 4. 8. 14. 16. 18: reuera non sunt pherecratei: nam nouiens basis est anapaestica quam in ueris pherecrateis bis tantum auctor admisit. spondeo autem prima sede deciens utitur Boetius. unde prodiit ionicorum forma ceteris latinis poetis prorsus inusitata.

2 infracta ionicorum forma bis usus est poeta **III 7** II 4 (11. 6) ◡◡ _ ◡ _ ◡ _ ◡ continuis uersibus in tertio libro (cf. Terentianus 2484 sqq.), in secundo libro pherecrateum submisit. Contracta basi Seneca usus erat in Medea, quem et Boetius secutus est et rarius quidem Symmachus ep. I 8 (Meyeri Anth. 268. cf 309 et 320 = 298 et 309 ed. Ries.). Iambum a prima sede auctor prorsus exclusit, anapaestum in III 7 ubique seruauit, in II 4 ter cum spondeo conmutauit.

VI LOGAOEDICI

1 pherecrateus II 2 II 4 (10. 11.) ◡◡ _ _ ◡◡ _ _ Boetius et asclepiadeum et ionicum praemisit. praeterea basin anapaesticam exhibuit bis (II 2, 14 *alios pandit hiatus* II 4, 8 *bibulas uitet harenas*).

2ª glyconeus **I 6 II 8 III 12 V 4** II 3 (22. 30. 58. 40. 9)

⏓ _ _ ◡◡ _ ◡ _

κατὰ στίχας graecorum nemo, latinorum praeter Boetium

*) Parent. 17, ubi u. 13 (*mente bonus ingenio ingens*) corruptus legitur. An *merito bonus?*

**) adde Martianum II 123 hunc secutus est Saxo grammaticus, Boetium Liudprandus Dudo Herimannus.

(qui semel sapphico subiunxit) Seneca Terentianus (1—84, 2606—42, 2666—88, 2726—45, 2782—92) Septimius (apud Terentianum 2629 s. 2632 s. 2635 s.*) Basis apud nostrum plerumque spondaica, quinquiens iambica**) (III 12, 29 V 4, 11. 13. 38 II 3, 16)

2^b glyconeus ex trochaica basi incipiens **IIII 3** (39)

– ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ –

hoc metrum Boetius ex Senecae Oedipo 903—935 repetiuisse uidetur (excepta dactyli contractione) cui exemplum praebuit Catullus c. XXXIIII uid. Obseruatorum in Senecae tragoediis librum p. 21.

3 hendecasyllabus **I 4** III 10 III 4 IIII 4 (18. 9. 4. 6)

– – – ⏑⏑ – | ⏑ – ⏑ – ⏒

semel continuo cursu, ceteris carminibus praemissus sapphico uel alcaico uel pentrametro.

In c. III 10 hoc metrum inpares tantum uersus occupat: igitur u. 2 in sapphicum mutandus erat. basis semper spondaica praeter III 4, 6 (*Quis illos igitur putet beatos*); caesura plerumque post choriambum (sexiens post monosyllabas praepositiones), quinquiens post quintam syllabam.

4 alcaicus decasyllabus III 4 (4)

– ⏑⏑ –. ⏑⏑ – | ⏑ – ⏒

subiectus hendecasyllabo. caesura ter post septimam, semel post sextam syllabam.

5 sapphicus hendecasyllabus **II 6 IIII 7** III 10 II 3 (17. 34. 9. 9.) – ⏑ – – – | ⏑⏑ – ⏑ – ⏒ κατὰ cτίχουc nemo graecorum, latinorum Seneca eiusque sectator Boetius atque Luxorius (Anthol. n. 294 311 326 358). adonius in fine c. IIII 7 additus. hendecasyllabo subiectus semel (de III 10 u. 2 u. supra), semel praemissus glyconeo. caesura ubique post quintam syllabam, quarta syllaba semper producta, uersus igitur prorsus ex seuera norma neroniani aeui formatus.

6 asclepiadeus minor dodecasyllabus II 2 III 8 (10. 11). – – – ⏑⏑ – | – ⏑⏑ – ⏑ – praemissus pherecrateo aut dimetro iambico.

caesura nusquam neglecta; ante caesuram plerumque uox anapaestica, iambica quinquiens, choriambica ter, ne

*) inter sequioris aeui poetas Liudprandus Dudo Herimannus Saxo.

**) quam Terentianus euitauit praeter u. 2634 qui propter artis uocabulum quod est *trochaeus* excusari potest (nam u. 2641 sine dubio *binos* legendum pro uoce *duos*) uelut idem eadem de causa ex iambo incipere iussit asclepiadeum u. 2678 (*epodum ex geminis subicit alterum*) caesuramque neglexit u. 2705 (*hanc docti tetracolon uocitant strophen*)

semel quidem monosyllaba. igitur Senecae normam Horatio seueriorem auctor secutus est.

B METRA CONPOSITA

1 trimeter dactylicus cum pyrrhichio (phaliscium) **III 1** (13) – ⏑⏑ – ⏑⏑ – | ⏑⏑ ⏑ ⏓ Terentianus u. 1991 ab Sereno inuentum ait: ipse adhibuit 1992—2000 subiunctis Sereni uersibus 2001—4 uid. praeterea Seruius VIIII 1 (p. 374 Gaisf.) Victorinus III 14, 9. 15, 6. Caesuram post arsin tertii pedis ne semel quidem Boetius neglexit eandemque legem et Serenus et Terentianus sibi dixisse uidentur; nam Terentiani u. 1998 et Sereni qui est apud Seruium ex nominibus propriis excusationem habent; quod autem in Terentiano u. 1996 legitur: *uel si ponitur unus alius* corruptum esse uel rhythmus prodit. mihique potius auctor scripsisse uidetur sic: *unus sit positus uel alius.* Quare hic uersus rectius trimeter catalecticus in syllabam cum paeone quarto dicetur.

2 tetrameter dactylicus acatalectus (alcmanius) cum ithyphallico (archilochius maior) **V 5** (15)

– ⏔ – ⏔ – | ⏔ – ⏑⏑ ‖ – ⏑ – ⏑ – ⏓

Horatius more graecorum huic metro epodum alius generis subiunxit (I 4). praeter Terentianum 2920 sqq. continuos archilochios inter latinos solus Boetius uidetur conscripsisse legibus horatianis obseruatis. nam caesura ubique est penthemimeris, incisio ante ithyphallicum. quartus pes semper est dactylus neque umquam admittitur hiatus.

3 tetrameter dactylicus catalecticus in syllabam cum anacreontio **III 6** (9)

– ⏔ – ⏔ – ⏔ – ‖ ⏔ – – ⏑⏑ – –

Metrum Boetio proprium.

Falso binos uersus fecerunt edd. priores. uetustissimi libri non distinxerunt praeter E in quo duae columnae factae sunt quarum altera tetrametros continet initialibus minio pictis, altera anacreontios maioribus quidem litteris incipientes sed atramento exaratis; praeterea interstitia quae erant inter tetrametrum atque anacreontium, librarius lineis atramento ductis, quo coniungeret uersus distractos, expleuit. Boetius ante conmissuram syllabam longam seruauit.

4 dimeter trochaicus acatalectus cum anacreontio **IIII 2** (10) – ⏑ – ⏓ – ⏑ – ⏒ ‖ ⏔ – – ⏑⏑ – –
Boetianum inuentum. hiatus non admissus est in conmissura. Falso dirimunt edd. priores contra auctoritatem uetustissimorum librorum (TDHR al.) excepto Emmeramensi (E) cui accedunt CA. de K non liquet.

5 trochaica penthemimeris cum adonio } IIII 5
6 iambica penthemimeris cum adonio } (11.11.)

– ⏑ – ⏖ ⏓ | – ⏑⏑ – ⏒
⏓ – ⏑ ⏖ ⏓ | – ⏑⏑ – ⏒

Haec metra quin ex imitatione corruptorum canticorum, quae sunt in Oedipo Senecae atque in incerti auctoris Agamemnone, originem traxerint nullus dubito. Caesura ubique ante adonium, adonius integer. In trochaeis semel dactylus pro spondeo (5 *cum nimis celeres*) quod non ausim defendere.

Iambicum breui syllaba bis tantum incipit (2. 20); in altera sede tribrachys semel (20 *stupetque subitis*). Ante caesuram breuis syllaba in arsi*) producitur bis (6: *legem stupebit aetheris alti* 19: *cuncta quae rara prouehit aetas* — ubi *raro* codicis Gothani est scriptura —) nam producendi uim litterae pr non habent (uid. II 6, 15). Corruptus est u. 21: *cedat inscitiae nubilus error*, alia enim synizesis exempla a Boetii opere absunt, nec sanatus ille uidetur Callyi coniectura, qui *insciti* reponendum putabat.

7 trimeter dactylicus catalecticus in syllabam cum adonio I 2 (27) – ⏖ – ⏖ – | – ⏑⏑ – ⏑ metrum Boetio proprium effectum ex hendecasyllabo altero Terentiani 1946 sqq.**) ita ut pro spondeo uersum incipiente dactylus positus sit nouiens, pro dactylo alterius sedis spondeus sexiens. Quattuor igitur prioris partis schemata prodeunt:

a) – – – – – semel (u. 6)
b) – – – ⏑⏑ – quae primaria est forma in XVII uersibus adhibita
c) – ⏑⏑ – ⏑⏑ – quater (u. 2. 7. 14. 27.)
d) – ⏑⏑ – – – quinquiens (u. 3. 5. 13. 20. 24.)

Caesura ubique obseruatur post tertiam arsin.

Possis etiam hunc uersum natum putare simili ratione eius qua metra carminis IIII 5 a Boetio effecta sunt, nempe ut asclepiadei priorem partem adonio continuare uoluerit, ut ibi alcaici et sapphici. Verum enim uero hoc quominus probemus impedit dactylus nouiens positus pro spondeo, spondeus sexiens pro dactylo, cum in illo carmine semel tantum uel bis legem metri sustulerit.

*) at haec ratio non adhibenda V 3, 14 ubi *nota* aperte falsum est.

**) idem metrum sic describit Ausonius epist. IIII 88 sqq. „*Sunt quos hexametri creant reuulsi, Vt penthemimeris prior locetur, Tum quod bucolice tome relinquit.*“

C STROPHARUM GENERA

ex binis uersibus conposita, ab ipso Boetio inuenta praeter primum et duodecimum.

1 metrum elegiacum I 1 V 1
2 hexameter dactylicus cum tetrametro acatalecto I 3
ex systemate alcmanio Horatii (I 7. 28.) inmutatum. imitatus est Liudprandus IIII 18.
3 tetrameter dactylicus acatalectus cum dimetro iambico IIII 1. imitatus est Dudo (Pertz MM VI p. 104)
4 asclepiadeus cum pherecrateo II 2
5 asclepiadeus cum iambico dimetro III 8
6 sapphicus cum glyconeo II 3
7 hendecasyllabus cum alcaio III 4
8 hendecasyllabus cum sapphico III 10
9 hendecasyllabus cum pentametro elegiaco IIII 4
10 pseudo-alcaicus cum pseudo-sapphico IIII 5
11 iambicus dimeter catalecticus cum pherecrateo II 4
12 iambicus trimeter cum iambico dimetro II 7
sic Horatius epod. I—X Seneca Medea 774—89
13 iambicus trimeter cum pentametro elegiaco III 3

D INITIA CARMINUM XXXVIIII BOETIANORUM

II INDEX LOCORUM QUOS BOETIUS EX SENECAE TRAGOEDIIS TRANSTULIT

I 1, 3s. . . . . Oct. 339 s. scindit uestes Augusta suas laceratque comas rigat et maestis fletibus ora.

2, 6 sqq. . . Oct. 396 sqq. Phaed. 509 aperto aethere cf. Herc. I 141 prato aperto.

10 . . . . Phaed. 970 cursusque uagos rapis astrorum

18 sqq. (cf. IIII 6, 25) Phaed. 974 sqq. Herc. II 1580 sqq. (ceterum conf. Horat. Ep. I 12, 16—19).

3, 3 . . . . Phaed. 745 ocior nubes glomerante coro.

1 . . . . Med. 68 noctem discutiens HO 337 nocte discussa Thy. 899 discutiam tibi tenebras.

4, 2 . . . . HO 107 quisquis sub pedibus fata rapacia . . . posuit.

5 (pontus) HO 111 sqq. cf. Ag. 614 621 630.

9 . . . . Phaed. 1145 Ag. 92. 96 (Horat C. II 10, 11).

10 . . . . Thy. 359 quem non concutiet cadens obliqui uia fulminis.

5, 1 . . . . Phaed. 968 sqq. O . . igniferi rector Olympi qui sparsa cito sidera mundo celerique polos cardine uersas etc.

3 . . . . Thy 621 res deus nostras celeri citatas turbine uersat.

7 . . . . Phaed. 756 nec tenent stellae faciem minores.

5 sqq. . Med. 790 Video Triuiae currus agiles Non quos pleno lucida uultu pernox agitat etc. Phaed. 752 Clarior quanto micat orbe pleno, Cum suos ignes coeunte cornu Iunxit etc.

6 . . . . Thy. 841 phoebeis obuia flammis.

10 . . . . Phaed. 757 Qualis est primas referens tenebras Nuntius noctis modo lotus undis Hesperus, pulsis iterum tenebris Lucifer idem.

14 . . . . Phaed. 974 canae frigora brumae.

18 . . . . Phaed. 979 uiresque suas temperet annus (Horat. Ep. I 12, 16).

32 .... Phaed. 989 uincit sanctos dira libido.
29 .... HO 752 insontem premat.
35 .... Phaed. 993 tristis uirtus peruersa tulit praemia recti.
42 .... Oed. 112 respicis terras miseranda Thebe.

I 6, 20 .... Oed. 930 quicquid excessit modum Pendet instabili loco.
7, 1 .... Phaed. 683 aether..atris nubibus condat diem.
24 .... Oed. 1008 omnia recto tramite uadunt Thy. 804 limite certo.

II 1, 1 sqq..cf Thy. 35 Miser ex potente fiat, ex misero potens.
2 .... Euripus instabilis Herc. II 783 s. Tro. 848 Herc. I 381.
2, 4 .... Oct. 1 Iam uaga caelo sidera fulgens Aurora fugat.
6 .... Med. 65 quae...cornu retinet diuite copiam.
3, 16 .... Phaed. 781 Res est forma fugax. quis sapiens bono confidit fragili?
18 .... Herc. II 1039 aeternum fieri nihil. 1103 quod natum est poterit mori. 1097 leges in superos datas.
4, 15 .... cf Herc. I 202 Thy. 455 Non uertice alti montis impositam domum et eminentem ciuitas humilis tremit. Phaed. 1147 s. Oed. 910. Ag. 77—108 Oct. 915—18.
5, 1 sqq..Phaed. 535 sqq. primae aetatis descriptio cf. Med. 301 sqq. Oct. 408 sqq. (Ouid. M. I 89).
5 .... Thy. 64 soluimus...famem: Ieiunia exple.
10 .... Phaed. 519 caespite nudo leues duxisse somnos.
13 sqq..Phaed. 538 Nondum secabant credulae pontum rates, Sua quisque norat maria. cf. Med. 334 nisi quas tulerat natale solum, non norat opes.
25 .... Aetna. cf. Thy. 583 Herc. II 289 Med. 413 Herc. I 106 Herc. II 1162.
7, 11 .... Oct. 960 nomen clarum toto fulsit in orbe.
pr. 7, 77 .... Tro. 387 An toti morimur?
8, 1.2... Oct. 805 quos iam tenet Poppaea concordi fide (*sic uolgo ubi* face *optumus liber*).

III 2, 7 .... Phaed. 356 poeni quatiunt colla leones.
17 .... Oed. 460 garrula per ramos auis obstrepit.
34 .... Herc. I 1086 mens repetat pristina cursum.
3, 3 .... Herc. II 664 non gestat pelagi dona rubentis nec gemmiferas detrahit aures (Phaed.

400 deducat auris) Lapis eoa lectus in unda. Thy. 371 rubri uada litoris.

4 .... Tro. 1030 centum rura qui scindunt opulenta bubus.

4, 1 .... tyrium ostrum Thy. 959. Herc. II 648 Phaed. 335 Thy. 345. 396.

2 .... niueus lapis Phaed. 400.

pr. 5, 21 .... Herc. II 606 Tu quicumque es qui sceptra tenes ... quom tot populis stipatus eas, in tot populis uix una fides.

5, 6 .... Med. 760 lege confusa aetheris.

7 .... Vergil. Ge. I 30 tibi seruiat ultima Thule. Med. 382 nec sit terris ultima Thyle.

6, 13 .... Herc I 344 Qui genus iactat suum, aliena laudat.

3 .... Herc II 1591 Te pater rerum miseri precamur.

pr. 8, 13. 20. . Phaed. 769 sqq. 781 sqq. (Ouid. ars am. II 113 s.)

8, 11 .... (cf. III 4, 1. 2.) Thy. 371 Herc. II 664 Phaed. 400 niueus lapis (Horat. S. I 2, 80).

17 .... Phaed. 793 stellifero despiciens polo sidus.

10, 7 .... Thy. 353 Non quicquid fodit occidens Aut unda Tagus aurea Claro deuehit alueo (cf. Herc. II 630. Herc. I 1332).

8 .... Herc. II 631 nec si totus seruiat Hermus.

9 .... Herc. II 41 Indus Phoebo subditus. Thy. 602 Phoebi propioris Indus cf. Herc. I 913.

4 .... Ag. 613 portus aeterna placidus quiete (cf. Herc. I 1071. 1076 s.) Oct. 731 nec diu placida frui quiete licuit.

5 .... (hoc patens unum miseris asylum) Ag. 612 cum pateat mali effugium et miseros libera mors uocet.

12, totum ex Senecae Hercule I 570—595 atque Incerti Hercule II 1035—1134. add. Med. 628—636.

6 .... HO 1104 uati .. thracio.

7 .... HO 1095 solamina cantibus quaerens flebilibus modis haec Orpheus cecinit Getis.

8 .... HF 576 quae siluas et aues saxaque traxerat ars, quae praebuerat fluminibus moras, ad cuius sonitum constiterant ferae HO 1040 Illius stetit ad modos torrentis rapidi fragor etc. HO 1058 ad cantus ueniunt suos ipsis cum latebris ferae 1060 Iuxtaque impauidum pecus sedit marmaricus leo nec dammae trepidant lupos cf. Oed. 150 Non lupos cerui metuunt rapaces. (Ouid.

Saepe canes leporesque umbra iacuere sub una Et stetit in saxo proxima cerua leae).
17 .... HF 579 mulcet non solitis uocibus inferos.
18 .... HF 573 immites potuit flectere cantibus umbrarum dominos.
19 .... HO 1066 manes cum tacitos adit.
21 .... HO 1084 Orpheus carmina* fundens.
26 .... HO 1068 cantu tartara flebili et tristes Erebi deos mouit (*sic* A, uidit E).
28 .... HF 573 potuit flectere cantibus umbrarum dominos et prece supplici Orpheus.
29. 30 . custos stygius HO 1249 Ag. 13 Thy. 16 Oed. 573.
triformis canis HO 1206 trigemina colla iactans Ag. 13. triplici catena uinctus Ag. 914. (Geryon pastor triformis HF 236 Ag. 888.)
Charontem pro Cerbero habet auctor Herculis oetaei 1076—78: audito carmine 1076.
32 .... Med. 13 sceleris ultrices deae Oct. 995 Erebique deas scelerum ultrices.
33 .... Oct. 706 cur genae fletu madent.
34 .... HO 1072 haesit non stabilis rota.
37 .... HO 1079 stygius senex undis stantibus immemor excussit rabidam sitim.
38s.... HO 1074 increuit Tityi iecur, dum cantus uolucres tenet.
40 .... HF 586 Tandem mortis ait „uincimur" arbiter. Thy. 14 umbrarum arbiter. HO 1011 inferorum arbitri.
42 .... HF 588 Tu post terga tui perge uiri comes.
43 .... HO 1092 cantus praemia HF 593 munus.
44 .... HF 587 lege tamen data.
45 .... HO 1083 cum linqueret inferos Orpheus.
46 .... HF 589 tu non ante tuam respice coniugem. HO 1089 dum respicit.
47 .... HF 592 Odit uersus amor nec patitur moras.
50 .... HF 575 Orpheus Eurydicen dum repetit suam HO 1091 nec credens ... Orpheus Eurydicen sequi.
58 .... HO 1092 cantus praemia perdidit HF 593 munus, dum properat cernere, perdidit.
IIII 2, 9 .... cf. Herc. II 652 sqq. O si pateant pectora ditum etc.
11 sqq.. Phaed 549 s. ira praeceps quaeque succensas agit libido mentes etc.
3, 11 .... marmaricus leo Ag. 776. Herc. II 1061.
4, 8 .... Oct. 819 quid fera frustra bella mouetis

(Herc. I 123 Mouenda iam sunt bella. Oct. 767 bella haud mouebit).

5, 3 .... Oct. 238 qua plaustra tardus..regit Bootes. Med. 314 quae sequitur ... tardus plaustra Bootes. cf. Ouidi Met. II 177. Thy. 876 custos sui tardus plaustri .. Arctophylax.

20 .... Tro. 1153 stupet omne uulgus 1138 magna pars uulgi leuis Herc. I 171 fluctu magis mobile uulgus.

6, 8 .... Oed. 484 quasque despectat rig(idus Bootes) Arcadum sidus geminumque plaustrum uertice summo.

10 .... Thy. 824 Sol auroram uidet occiduus.

11. 12 . Thy. 820 nèscit fessos tinguere currus nec fumantes sudore iubas mergere ponto. cf. Herc. II 1588 s. (Claudian. Ep. ad Olybr. 16 uetito proluat ursa mari).

18. 19 . (cf. Horat. Ep. I 12, 19. Rerum concordia discors).

20—22. cf. Oct. 227 s. Iungentur ante saeua sideribus freta et ignis undae etc.

24 .... Ag. 88 sidunt ipso pondere magna.

25—28. Herc. II 1580 sqq. Vere dum flores uenient tepenti etc. (cf. Phaed. 974 sqq.)

27 .... Phaed. 978 aestiui colla leonis cererem magno feruore coquant.

37 .... Herc. I 734 aequi arbiter.

41 .... Med. 693 serpens .. tamidum nodis corpus aggestis plicat cogitque in orbes.

7, 1 .... Ag. 654 Troia bisquinis restitit annis.

5 .... Ag. 171 cruore uentos emimus, bellum nece.

9 .... Med. 642 (Alcides) uiuus ardenti recubans in Oeta.

12 .... Med. 663 patrioque pendit crimine poenas.

14 .... ille Centauros domuit superbos (Herculis laudes) = Oed. 487 Ille dispersos domuit Gelonos (Bacchi laudes) Herc. I 782 Centauri truces (ab Hercule uicti; desunt in Agamemnone).

15 .... Ag. 874 s. cf. Herc. I 1158 spolio leonis item Herc. II 790 Herc. I 1161 spolia Phaed. 332 feri terga leonis Oed. 97 saeui leonis cf. Tro. 806 Oct. 89.

16 .... Ag. 900—902. Phaed. 61 certis telis Herc. II 1659 certa praedae tela Phaed. 283 certo arcu 198 figit sagitta certior missa puer. (cf. Phaed. 66. 690 Herc. I 1136 Herc. II 156.

17 .... Ag. 903—912. (912 plenus Alcides .. metallo).
19 .... Ag. 913—917 (913 tractus ad caelum canis inferorum triplici catena).
20 .... Ag. 893—897 (894 stabulis .. saeuis).
21 .... Ag. 881—883
23 .... Achelous in Agamemnonis cantico deest, sed memoratur Herc. II 303 s. 498 s. Herc. I 1185 uterque tacitus ora pudibunda optegit. Oed. 632 uocatus saepe pudibundum extulit caput.
25 .... Antaeus Libys quem Agamemnonis auctor praeteriit, describitur Herc. I 486. Herc. II 24. 1793. 1905. cf. Herc. I 1178. Boetius h. u. duo hemistichia ex Medeae cantico sustulit, alterum ubi Seneca Ancaeum memorat 646: Strauit Ancaeum (codices Eψ Antheum uel Antaeum falso tradunt) alterum 656: libycis harenis.
26 .... pro Caco Agamemnonis auctor Geryonen posuit 888.
37 .... Ag. 871 s. Phaed. 333 cuiusque umeris sederat alti regia caeli.
28 .... saetiger Herc. II 1893 (Ancaeum saetiger strauit Med. 647).
29 .... summus labor Herc. II 477. 820 Herc. I 639. Amazon ultimus metus Tro. 252. spolia ultima (Cerberus) Herc. II 1201.
31 .... Ag. 851 bisseno meruit labore adlegi caelo.
32 .... Med. 653 ite nunc fortes perarate pontum.
V 2, 3 .... Oed. 194 intima uiscera (corporis).
4, 10 .... Oct. 754 quaecumque mentis agitat infestus uigor (Quintilian. XI 2, 3 mentis uigore).

III INDEX NOMINVM ET RERVM

A IN PHILOSOPHIAE CONSOLATIONIS LIBROS V

B IN OPVSCVLA SACRA V

ℛ Ngr

Platonis opera omnia. Einzeln:
Apologia Socratis et Crito. Ed. IV. 1858. 24 ngr — Phaedo. Ed. IV. 1866. 27 ngr — Symposium c. ind. Ed. III. 1852. 22½ ngr — Gorgias. Ed. III. 1861. 24 ngr Protagoras. Ed. III. c. ind. 1865. 18 ngr — Politia sive de republica libri decem. 2 Voll. Ed. II. 2 ℛ 15 ngr Einzeln: Vol. I. Lib. I—V. 1858. 1 ℛ 12 ngr, Vol. II. Lib. VI—X. 1859. 1 ℛ 3 ngr — Phaedrus. Ed. II. 1857. 24 ngr — Menexenus, Lysis, Hippias uterque, Io. Ed. II. 1857. 27 ngr — Laches, Charmides, Alcibiades I. II. Ed. II. 1857. 27 ngr — Cratylus cum ind. 1835. 27 ngr — Euthydemus. 1836. 21 ngr — Meno et Euthyphro itemque incerti scriptoris Theages, Erastae et Hipparchus. 1836. 1 ℛ 12 ngr — Timaeus et Critias. 1838. 1 ℛ 24 ngr — Theaetetus. 1839. 1 ℛ 12 ngr — Sophista. 1840. 27 ngr — Politicus et incerti auctoris Minos. 1841. 27 ngr — Philebus. 1842. 27 ngr — Leges. Vol. I. Lib. I—IV. 1858. 1 ℛ 6 ngr, Vol. II. Lib. V—VIII. 1859. 1 ℛ 6 ngr, Vol. III. Lib. IX—XII. — Epinomis. 1860. 1 ℛ 6 ngr

Sophoclis tragoediae, rec. et explan. E. Wunderus. 2 Voll. 8. mai. 1847—57 . . . . 3 —
Einzeln:
Philoctetes. Ed. III. 12 ngr — Oedipus tyrannus. Ed. IV. 12 ngr — Oedipus Coloneus. Ed. III. 18 ngr — Antigona. Ed. IV. 12 ngr — Electra. Ed. III. 12 ngr — Aiax. Ed. III. 12 ngr — Trachiniae. Ed. II. 12 ngr

Thucydidis de bello Peloponesiaco libri VIII, explan. E. F. Poppo. 4 Voll. 8. mai. 1856—1866 . . . . 4 —
Einzeln:
Lib. I. Ed. II. 1 ℛ — Lib. II. Ed. II. 22½ ngr — Lib. III. 18 ngr — Lib. IV. 15 ngr — Lib. V. 15 ngr — Lib. VI. 18 ngr — Lib. VII. 15 ngr — Lib. VIII. 15 ngr — Indices et de historia Thucydidea commentatio. 20 ngr

Xenophontis Cyropaedia, comment. instr. F. A. Bornemann. 8. mai. 1838 . . . . — 15
—— Memorabilia (Commentarii), illustr. R. Kühner. 8. mai. 1858. Ed. II. . . . . — 26
—— Anabasis (expeditio Cyri min.), illustr. R. Kühner. 1852. 1 6
Einzeln à 18 Ngr.:
Sect. I. Lib. I—IV. Sect. II. Lib. V—VIII.
—— Oeconomicus, rec. et explan. L. Breitenbach. 8. mai. 1841. . . . . — 15
—— Agesilaus ex ead. recens. 8. mai. 1843 . . . . . — 12
—— Hiero ex ead. rec. 8. mai. 1844. . . . . — 7½
—— Hellenica, Sect. I. (lib. I. II.), ex ead. rec. 8. mai. 1853. — 12
—— —— Sect. II. (lib. III—VII.) ex ead. rec. 8. mai. 1863. 1 18